

VI a 43

42 - 19. a. 6

Digitized by Google

DAVIDIS GORLÆI, Ultraiectini

Exercitationes Philoſophicæ quibus vniuerſa fere diſcutitur Philoſophia Theoretica.

ET

Plurima ac præcipua Peripateticorum dogmata euertuntur.



Poſt mortem auctoris editæ cum gemino jndice.







In Bibliopolio Commeliniano ſumptibus viduæ Ioannis Comelini, 1620.

Digitized by Google



Exercitationum & Sectionum

INDEX.

INDEX

FINIS.

INDEX
Rerum & Verborum quæ in hoc libro continentur

Numerus Paginam indicat.

Accidens.

Actus.

Actus

Actio.

Aër.

Dari

Bonum.

Calor.

Cœlum.

Color.

Compositum.

Conceptus.

Corpus.

Google

Creatura.

Deus.

Denominationes.

Distinctio.

Distingui.

Duratio

INDEX

Duratio & durabilitas.

Elementa.

Ens.

De

INDEX
Rerum & Verborum quæ in hoc libro continentur

Numerus Paginam indicat.

Accidens.

Actus.

Actus

Digitized by Google

Anima.

Ars.

Atomi.

Bonum.

Calor.

Cœlum.

Color.

Compositum.

Conceptus.

Corpus.

Creatura.

Deus.

Denominationes.

Distinctio.

Distingui.

Duratio

Duratio & durabilitas.

Elementa.

Ens.

De

Essentia.

Essentiam

Frigus

Essentia.

Essentiam

Ethica.

Existentia.

Fieri.

Fluvij.

Forma.

Frigus.

Gravitas.

Habitus.

Humidum.

Idea,

Idea.

Ignis.

Intelligi & intelligibilitas.

Intelligentiæ.

Lapis.

Levitas.

Locus.

Locatio & localitas.

Lumen & lux.

Mare

Mare.

Materia.

Metaphysica.

Modus.

Motus.

Numerus.

Odor.

Potentia.

Principium individuationis.

Proprium & proprietas.

Qualitas

Qualitas.

Quantitas

Relata.

Sapor.

Scientia.

Singularia.

Species visibiles.

Sonus.

Stella.

Substantia.

Tempus.

Tenebræ.

Terra.

Theosophia.

Totum.

Vapores.

ventus.

Verum & veritas.

Vis.

De

Vnum & vnitas.

Vniversalia.

FINIS.

Benevole lector, ne mihi, quod solitâ typographi incuriâ contigit, vitio verteres, adjeci hunc mendarnm indicem, qui, si quando in lectione offensus hæreas, te per eiusmodi emendationem facile expedire possit. Prior numerus Paginam, posterior Lineam indicat.

6.	ult.	coniunctum.	*coniunctim.*
11.	15.	rest.	*res.*
21.	2.	sive.	*sine.*
24.	1.	hac.	*hoc*
26.	15.	quæ simul unum neque fiunt sumta ens fictum.	*que simul sumta, neq; fiunt unum ens fictum neque unum reale.*
27.	1.	extrinserus.	*extrinsecus.*
35.	20.	potest.	*posse.*
54.	1.	iudicio.	*indicio.*
57.	11.	essentia.	*existentia.*
63.	1.	restrici.	*resistrici*
64.	10.	quondo.	*quando.*
68.	22.	aut res.	*ait res*
80.	8.	signifitat.	*significat.*
87.	5.	distiugni.	*distingui.*
91.	1.	brevitati.	*brevitatis*
111.	13.	videntur.	*videatur.*
114.	ult.	instar lucis.	*instar lucis sit.*
116.	17.	actionem.	*actionum*
120.	12.	exposita. Est itaque.	*exposita est. Itaque-*
135.	6.	augulum.	*angulum.*
137.	11.	movent.	*moveat*
146.	penult.	putandum. Est neque	*putandum est. Neque*
151.	7.	naturail.	*naturali.*
159.	21.	quemadmo.	*quemadmodum*
171.	12.	vidersa.	*diuersa.*
172.	9.	ab laringis.	*ob laringis.*
185.	10.	dogmotum.	*dogmatum.*
186.	12.	summnum.	*summum.*
189.	10.	numdum.	*mundum.*
215.	21.	infinitium.	*infinitum.*
220.	23.	stolia.	*stolida.*

224.	7.	Et præcipuã.	Lege.	*Et præcipue.*
240.	7.	componerent.		*componerentur.*
247.	ult.	propria.		*propriè.*
261.	3.	non ſit.		*ſit.*
265.	21.	ant.		*aut,*
ibid.	23.	compoſitus.		*compoſitis.*
282.	10.	Dependent.		*Dependerent.*
284.	ult.	liquid		*aliquid.*
296.	10.	expanſio.		*expanſi.*
297.	6.	alicui.		*alicubi.*
307.	17.	ferræ.		*terrea.*
316.	20.	deſumutum.		*deſumtum.*
317.	10.	ieſſent.		*ineſſent.*

F I N I S.



DAVIDIS GORLÆI

Exercitationum Philosophicarum.

PRIMA

Sectio I.

Quid sit *Philosophia.*



Contemplatione Philosophiæ nobis auspicandum est: neque enim deceret in sapientię palæstris sese exercitantem, eius ideam animo non prius induisse. Quamobrem logicorum ductum sequentes, initium rectè ducemus à definitione. Quod ut fiat, vocis usum paucis cognoscamus, nempe cuius nam rei conceptus in mente figuretur audito Philosophiæ nomine. Et enim qui hic latiorem aut angustiorem definitionē statuunt pro libito, non videntur ullo alio argumento commodius refutari posse. Quid igitur per Philosophiam

denotari solet. *Certe animi medicina : similitudo Dei: meditatio mortis : rerum divinarum humanarumque scientia.* Hęc enim pręcipua sunt eius encomia, quæ in antiquorum scriptis passim occurrunt. Quorum tamē duo posteriora angustius naturā eius explicant, quā par est. Neque enim rerum divinarum humanarumque scientia comprehendit virtutum praxin: sed est tantum nuda entium cognitio. Neque itidem meditatio mortis consistit in rerum cognitione, sed in vitæ bonæ praxi. Id quod vult illud proverbium, vive hodie: ac si foret cras moriendum. Atque hanc ob causam per illud dictum: Nosce te ipsum: totam Philosophiam explicari crediderunt multi. Ergo conjunctim præstant hæc duo, quod singulatim nequeunt. At illa priora plenius rem explicant. Nam si animæ est medicina (est autem talis veteribus) utiq; eius imperfectiones & morbos curabit, ignorantiam tollet ex intellectu, pravitatem demet voluntati, totamque animam reddet perfectiorem; sicuti à medicamentis ægrotum corpus restituitur priori sanitati.

ſanitati. Atque eo ſenſu ſimilitudo Dei videtur nuncupata. Sicut enim Deus eſt ſummum bonum, cuius felicitas conſiſtit in cognitione ſui & amore: ita per Philoſophiam nos Deo ſimiles effici veteres putarunt: Vtpote qui partim per contemplationem divinitatis, & eius effectorum, partim per eius amorem, & vitę cum rectâ ratione conformitatem, quaſi propius ad ſummum bonum accedere videremur. Hæc quamvis homo chriſtianus non debeat Philoſophiæ attribuere, tamen ex ijs perſpicitur quem finem Philoſophię veteres propoſuerunt: nempe quandam animæ, non corporis, perfectionem: eam tamen, quæ in hac vitâ obtineri poſſit. Ex quibus palam eſt, quibus diſciplinis nomen Philoſophiæ impartitum ſit. Quod ad huc clarius eluceſcet: ſi quibus appellatio Philoſophi competat, prius indagetur. Hac enim viâ à concretis ſæpe provehimur in abſtractorum perceptionem. Philoſophos Cicero deſcribit formoſiſſimos eſſe ſi ſint diſtortiſſimi: divites, ſi mendiciſſimi: ſi ſervitutem ſerviant, reges: non

moveri gratiâ: nulli delicto ignoscere: nullius rei pænitere: nihil opinari: nullâ in re falli: sententiam mutare nunquam. Vt ita spretis mundi delicijs, corpus pro animæ carcere habeant: vitam vivant honestam: affectus voluntati subjiciant: intellectum omnium rerum cognitione imbuant. *Quocirca* mechanici artifices nequaquam appellari possunt Philosophi, quæstum enim quærunt artibus suis. Tum ad eas exercēdas exterioribus vtuntur corporis organis. Sic nec medici, nec iurisconsulti. Nam medicina non est de perfectione animæ sed corporis. In iurisprudentiâ, aut varij casus, in dividendis bonis deciduntur, aut sua cuique agenti malum, pœna statuitur. Illud nihil spectat ad Philosophum, qui opes mundanas omnino despicit. Multò minus hoc. Quum omnibus abrogatis legibus adhuc bene viveret: Faceret enim bonum virtutis amore, quæ docetur in ęthicâ! non formidine pœnæ, quę in iurisprudentia. Eodē modo & Theologia excluditur: cum enim hęc sit doctrina beatè vivendi in æternum; nullo

modo poteſt Philoſophię pars dici, cuius totum finem aſſequimur in hac vitâ.

Grammaticum verò aut rhetorē nullus priſcorum Philoſophi nomine dignum cenſuit. Imò non nulli etiam per integrum quinquennium ſtudioſo Philoſophiæ putarunt ſilentium agendum eſſe. Vt ita, quamuis hæ artes ab animâ exerceantur, tamen à linguâ & voce exteriore quum dependeant, nihil facere ad animæ perfectionem exiſtimandum ſit. Hoc igitur modò diſtinguntur inter ſe concreta hæc. Quare & abſtracta horum concretorum, quæ eorum imitantur naturam. Propterea non exigui laboris eſt definitionem invenire, quę ſit æqualis ambitus hic cum definito: videtur tamē hæc talis, ſi quæ alia: *Philoſophia eſt doctrina de perfectione animæ humanæ in hac vitâ.* In hac finis dicitur docere perfectionem: genus autem doctrina, non verò ars vel ſcientia. Quum enim habeat quaſdam partes, quæ ſunt ſcientię, nec per hanc nec per illam debuit definiri: ſed per illud, quod utrique commune omnibus competeret partibus. Id autē eſt doctrina.

SECT. II.

De animæ perfectione.

SED de illâ animæ perfectione paulo latius est agendum.

Quod ut fiat videamus prius, quæ nunc sit imperfectio.

Est autem duplex: intellectus una, altera voluntatis.

Huius sita est in facili aberratione: illius in difficultate assequendi veritatem. Difficultas hæc duplex est: prioris causa est, ignorantia rei intelligendæ: nō enim semper intellectus rem ita concipit, sicut se habet. Causa huius non est una: nimia rei perfectio, ut Dei: nimia imperfectio, ut actionū, loci, temporis: nimia magnitudo, ut terrę: nimia parvitas ut atomi: nimia distantia, ut cæli: naturâ aut planè insensilis, ut angeli: aut saltem ægrè sensilis, ut aeris: aliaque plura impedimenta. Quæ omnia nonnunquam coniunctum, aliquando singulatim

tim apprehenſioni ſui difficultatem pariunt. Idcirco multum à ſcholaſticis diſputatur, utri hanc difficultatem acceptam ferre debeamus, rebuſne an intellectui.? Dicam paucis quid hic ſentiam. Et illis & huic pro diverſâ conſideratione.

Si namque ea foret omnium rerum natura, quæ ſentiri poſſet, intellectus eas facile comprehenderet. Nam cum plurimarum ſit aut planè inſenſilis, aut ſaltem ægrè ſenſilis, merito rebus, aſſcribitur hac conſideratione. At aliâ intellectui. Si enim hic tantæ perfectionis foret, quantæ divinus, etiam ea, quæ ſentiri nequeunt, caperet. At nunc ex ſenſibus habet primordia ſuæ intellectionis. Quare hoc modo intellectui accepta ferri poteſt prior difficultas. Poſteriorem verò peperit ignorantia modi intellectionis noſtræ. Quum enim omnia mens per notiones apprehendat, & una notio non totum illud exprimat, quod in re eſt, plures requiruntur ut illud exprimatur, quarum

unaquæque aut causam, aut effectum, aut subiectum, aut adiunctum, aut aliquam aliam rei ad alia habitudinem designat. Tum nec ex unaquâque notione solâ aliquid potest cognosci, sed plures inter se disponendę sunt ut aliquid esse, vel nõ esse statuatur. Qua propter hæc difficultas oritur ex ignoratis hisce quatuor. Primò quod requirantur notiones ad exprimendam totam rem, quid unaquæque, & qualis sit, quid rei designet: Secundò, quæ notiones disponendę sint, quot & quomodò, ut statuatur aliquid esse vel nõ esse, ac quo deinde modo hæc dispositio iudicanda sit an cũ re conveniat nec ne. Tertiò ex quibus notionibus, & quot, & quomodò in cognitionem perveniri possit eius, quod est dubium. Quartò quibus res primùm debeat declarari, quibus deinde, quib. ultimo, vt tantò facilius intelligatur & memorię mandetur. Atque hanc posteriorẽ difficultatẽ asscribimus soli intellectui. Ex quibus omnib. ita explicatis intelligitur quæ sit animæ perfectio. Nam quotuplex hæc animæ imperfectio, totuplex ei opponitur

perfectio

perfectio: quæ in Philoſophiâ explicatur. Perfectio voluntatis in ethicâ, nimirum quæ ſit recta ratio, quæ voluntatis cum eâ cóformitas, quomodò vivatur bene. At intellectus perfectio in reliquâ Philoſophiâ. Illa, quæ priori opponitur difficultati, in matheſi & theoreticâ Philoſophiâ: quæ poſteriori in ſolâ logicâ. Atque hinc huius tota conſtitutio eſt derivanda de quo nos alibi maiora & plura.

SECT. III.

De Philoſophiæ Diſtributione.

HIs ita conſtitutis non multum laboris requirit Philoſophiæ diſtributio. Quotuplex enim hæc perfectio, totuplex & doctrina de hac perfectione. Quapropter cum illa animę competat ratione facultatum, & hæ tantum ſint duę, duplex quoque erit Philoſophia: aut de perfectione intellectus, aut voluntatis. Cui diſtributioni cryptice immixtæ ſunt definitiones partium diſtributarum.

Quare & prior Philosophiæ pars aut de illâ aut de hac.

Intellectus perfectio rursus duplex est, practica & Theoretica: Illa dividitur in logicam & mathematicam.

Neque hic ullâ refutatione indigent, qui logicam Philosophiæ partem esse negant: quum omnes illorum rationes nitantur pravâ logices constitutione, perversis Philosophiæ definitione & attributis. Cæterum quia mathematicam inter Philosophiæ practicæ partes recensemus contra morem vulgarem, demus oportet & rationem huius. Mathematica ars est: non scientia. Quare practicè intellectum perficit: quod apparet ex collatione artis cum scientiâ. Vtraque constat ex præceptis catholicis, nec aliter hæc considerat objectum suum, quam illa: quia utriusque finis idem est, nempe scire. Differentia verò inter illas oritur; quia scientia non habet alium finem quam scire, quod est noëtica cognitio: at ars habet ulteriorem adhuc alium finem, scilicet

cet dianoeticam cognitionem ſive diſcurſum. Exemplis hoc eſt declarandum. Sic phijſica definit hominem animal rationale : non ut ex eo naturam ſingularis hominis intelligam, ſed ut tantum univerſalis. At logica definit cauſam eſſe, cuius vi res eſt, ut per illud quamlibet particularem cauſam apprehendam : non ut ſiſtat meam cognitionem nuda illa univerſalis cauſa. Atque ita præceptum artis in hac deductione eſt propoſitio : cuius vi res eſt, illud eſt cauſa. Aſſumtio eſt præcepti ad exempla applicatio : huius vi reſt eſt. Sequitur concluſio quam ut ſcirem, dabatur hoc præceptum: ergo hoc eſt cauſa. In his ſitum eſt fundamentum diverſitatis inter artem & ſcientiam. Etenim hinc triplex oritur ars, pro ut illud, quod deducitur, triplex eſt.

Illud enim aut tantum intelligitur ; uti apparet ex hoc exemplo cauſæ : aut agitur, ſicut in rhetoricâ docetur accurata pronunciatio in

in genere, ut hæc & illa rectè eo modo instituantur: aut efficitur: quemadmodum in logicâ declaratur in genere syllogismus, ut hic & ille rectè efficiatur. Qua propter mathimatica rectè vocatur ars. Præceptorum namque finis est deductio! quia ex universali datâ regulâ, quamlibet particularem quantitatem depræhendit.

3. In Philosophia Theoreticâ omne ens pertractandum est, tam in genere quam in specie. Qua propter à nobis definitur; *entis scientia*! hic quæri potest, quum entis multę sint affectiones ut unum, verum, bonum; quæ enti competunt quatenus est ens, ad quam scientiam illę pertineant: hoc paucis aperiam. Theoretica Philosophia una est scientia, cuius non sunt species, Theosophia, angelographia, physica, sed partes. Quare cum ens in toto suo ambitu consideratum sit, obiectum totius (est autē, quia in definitione ponitur) ibidem quoque entis pertractabuntur affectiones. Neque enim proprium adiunctum alius est disciplinæ, quam eius subiectū. Propterea & ens & omnes eius proprietates pertractan-

tractandæ sunt, antequam Philosophia Theoretica, dividatur. Nam generalia generaliter tractari volunt logici. Ille autem generalis tractatus non vendicat peculiare sibi nomē, neq; dici potest metaphysica, sed etiam ante metaphysicam instituendus est, Potest interim prima aut universalis appellari Philosophia, eo quod primum sortiatur locum aut universalissimum tractet.

4. Post horum universalium tractationem, & ens in species, & eius tractatio in totidem partes distinguenda est. Sic enim vulgò dicitur, unamquamque scientiam secari, sicut res tractata. Sed quas in species dividetur ens? an vulgari modò in substantiam & accidens? nequaquam. Nam peripateticorum accidentia non omnia nobis sunt entia, sed entium modi: & quæ entia sunt, scilicet lumen, calor, frigus &c. non accidentis sed physicæ naturæ sunt species. Nos ergo distinguimus ens in creatorem & creaturam. Ille est deus eiusque scientia Theosophia. Quam inter & Theologiam aliquod ponimus discrimen:

crimen : hæc enim,cum doctrina sit beatè vivendi in æternum, agit de fide & fidei actionibus,quę media sunt ad illam finem. Verum Theosophia de Dei naturâ & eius attributis. Propterea Philosophiæ pars est, cuius hoc munus; contemplari cuiusque entis naturam, tam in genere quam in specie. Neque tamen hæc doctrina è solâ ratione naturali depromenda est, sed etiam ex sacris literis. Cum enim perfectum comprehendat imperfectum, & hæc quoque revelata de Deo perfectior doctrina continebit imperfectiorem naturalem. Vt ita toto errent cælo qui duplicem statuunt theologiam, naturalem unam, revelatam alteram : quasi alia foret hæc quam illa : Quum nulla inter eas dissensio, nullum discrimen : nisi quod hæc illam longè superat perfectione. Tanto minus illi audiendi sunt,qui aliquid theologicè verum, Philosophicè falsum esse putant. Ceterùm de naturali loquor Theosophiâ, quæ solidis nititur fundamentis non autem quę ex sommijs peripateticis est conferta.

Post

Post explicatam Theosophiam, de creaturâ agendum est, eaque in genere cum suis affectionibus explicanda: deinde autem in Angelum & naturam dividenda. Illius scientia Angelographia: hujus Physica dicitur. Vt ita errent, qui ad solam Physicam referunt utramque creaturæ speciem, sicut & qui deum. Sunt enim scientiæ dividendæ, sicut dividitur res in ijs tractata. Tum hoc ipsum pugnat cum ipso Physices nomine; quod à naturâ dictum est. Sic namque deus & Angelus res Physicæ forent, nihil foret supra naturam, ne ipsa quidem SS. Trinitas: sed omnia forent naturalia.

Sic ergo prior hæc Philosophiæ pars informanda est: quam sequitur altera de voluntatis perfectione; quia voluntas intellectu naturâ est posterior. Dicitur autem Ethica; eò quod doceat bonos mores. Vnde & à nobis definitur: ars benè vivendi. Agit enim de rectâ ratione, quæ per Decalogum plenissimè exprimitur. Quocirca non est e nugis Aristotelis describenda; sed è sacris Litteris. Et

ipsa lex, seu decalogus huc pertinet: quandoquidem secundum legem recte vivitur. Interim specialior quidam usus Ethices occurrit in Oeconomicis, & Politicis.

SECT. IV.

De Metaphysicâ Peripateticâ.

IN hac Philosophiæ distributione non habetur Peripateticorum Metaphysica. Neque enim est disciplina per se una: sed in eâ confusa jacent omnia illa, quæ ad alias disciplinas quidem pertinent, sed à Peripateticis ad illas non referuntur.

Nos volumus ut unicuique suum tribuatur. Idcirco tractatum de ente in genere posuimus debito loco. Reliqua suis quæque reddantur disciplinis: Deus, Angeli, accidentia, Theosophiæ, Angelographiæ, Physicæ. Sed illæ relatæ affectiones, ut caussa, effectum, subjectum adjunctum, signum, signatum, totum, pars, idem, diversum, par, impar, simile, dissimile uni soli Logicæ.

Id

Id quod nervosè satis demonstrabimus. Demonstrationibus hæc substernimus fundamenta. Non est in scientia tractandum, quod ejus objecto per se non competit: non enim est scientiæ homogeneum, quod ejus objecto adæquato est heterogeneum. Deinde hoc: unumquodque scientiæ præceptum debet esse axioma necessarium. Quin ex hoc axiomate: distributionis partes inter se dissentire debent: idem ostendam. Caussa, effectum, & reliqua illa non esse enti essentialia (id enim est adæquatum Metaphysices objectum) nemini dubium esse potest, qui ea aliquando ab ente separari posse, & separata fuisse novit. Nam ante conditum mundum Deus erat ens: erat enim idem, qui adhuc est: non tamen erat caussa vel effectum. Neque enim idem sui ipsius caussa est: & ante conditum mundum nihil erat præter Deum. Conditis verò creaturis demum caussa esse cæpit, & illæ effecta ejus.. Quare esse caussam vel effectum non competit enti, quà existit; sed quà

alia ei coëxistunt : quæ coëxistentia, cum enti sit accidentaria, ab ipso separabilis; nec eæ affectiones ex eâ ortæ ei essentiales esse possunt, sed per accidens competunt. Id quod ex natura relatorum liquet : quorum esse quum totum sit ad aliud referri, necessariò requirunt multitudinem. Hæc vero entis est oppositum : quia unitatis est contrarium; quæ idem est quod entitas. Quare quum hæ affectiones sint relatæ, ex multitudine, quoque trahunt originem : & sic porrò enti sunt accidentariæ. Quin & ab ipsis creaturis separari possunt. Nulla enim est, quæ non possit non esse caussa.

Quod verò necessariò sit effectum, id ex peculiari ratione habet: Neque competit ei, quà ens est, sed quà hoc ens, scilicet creatum. Ex quibus quoque concluditur secundum hoc : non esse axioma necessarium: ens est caussa vel effectum. Non enim hoc consequens necessariò competit antecedenti: quia ab eo separari posse, & separatum fuisse jam demonstratum est. At ego è logices didici : axioma necessarium

semper

ſemper verum, nec falſum eſſe poſſe. Videamus promiſſum tertium. Partes hujus diſtributionis inter ſe non diſſentiunt: quia idem ſimul poteſt eſſe & cauſſa & effectum: quamvis non ejuſdem. Cæterum hæc limitatio nequit diſtributioni addi. Quum enim ens, ut genus generaliſſimum, in ea dividatur, nequit per aliud limitari, cujus aut cauſſa dicitur, aut effectum: quia nihil in rerum naturâ, quod ſub ipſo ente non comprehendatur. Cæterum ſi hæc relata genera non ſunt idem cum ente, quo modo verè de eo prædicantur? Illud paucis explicandum eſt: Denominationes multæ prædicantur de rebus, & apprehenduntur, tanquam reale quid in ijs ponerent, quamvis nihil ponant. Ita paries hic dicitur dexter; quia mihi eſt à dextra. At ſi me convertam fiet ſiniſter, qui erat dexter. Nulla tamen in pariete fiet mutatio, quæ fieret, ſi aliquid reale in illo poneret hæc denominatio. Eodem modo & Deus cauſſa mundi dicitur ab actione, quâ effecit illam. Interim eſſe cauſſam, nihilo magis aliquid reale in Deo ponit,

quàm esse dextrum in pariete. Sed est tantum denominatio mentis explicantis, quo se modo Deus habeat ad res alias. Vnde planè alia ratio est, quoad hoc, unum, verum, bonum. Hæc enim aliquid internum enti, & ab ipso inseparabile significant, quod per entis conceptum non representatur: non verò extrinsecam designant habitudinem, uti hæc relata genera. Quare evidentissimè ex ijs deducitur: non esse de hisce relatis generibus agendum in Metahysica. Videamus nunc porrò, quo jure de Deo, Angelis, accidentibus agant in Metaphysica. Nullo sane. Nam si hæc universalis est scientia (est autem talis illis) quomodo ad eam pertinebunt particularia hæc: Deus, Angelus, accidentia? Si illud solum in ea tractandum, quod sine materiæ conceptu potest intelligi, quomodo de actu & potentia, de quibusdam corporeis accidentibus, quantitate & tactilibus qualitatibus, de ipsa denique materia ut caussa, agunt in eadem.? An materia intelligi potest, sine conceptu materiæ? An substantia potest in immate-

riatam ſeu ſpiritualem, & materiatam ſeu corporeram dividi ſive ullo conceptu materiatæ ſubſtantiæ? Illi ſubſtantiam in Metaphyſica definiunt: definitam in ſpiritualem & corpoream dividunt: ſpiritualem in eâdem tractant diſciplinâ, in quâ ejus genus: corpoream ad Phyſicam amandant. Cur fruitur hoc beneficio ſpiritualis ſubſtantia magis, quàm illa altera? Aut quid commiſit miſera illa corporea, ut debuerit in exilium mitti, nec in materno ſolo pedem figere ipſi licuerit? Tanta vis eſt materiæ primæ, ut, quæ alibi eſt pura potentia hîc tamen actu hoc effecerit. Sed benè ſeſe res habet: ſubſtantiam corpoream eſſe quoque immateriatam ſuo nos oſtendemus loco. Sed illud nunc ſolum qærimus: quæ illa ſit diſciplinarum methodus: genus definiri, diſtribui, unam ſpeciem in eâdem tractari diſciplinâ cum ſuo genere, alteram non tractari; quum tamen æquè in diſtributione recenſeatur utraque? Aut ex quâ Logicâ illam didicerint? Si modo illam didicerint, & non potius habeant à natura ſibi inditam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EXERCITATIO SECUNDA

DE ENTE.

Sect. I.

De ente reali, rationis, per accidens, modali, & denominationibus.

QVoniam Theoreticæ Philosophiæ exercitationes hæ destinatæ sunt, post illius indagationem exerceamus nos in contemplatione objecti. Illud autem est ens, sicut diximus. Cæterum hoc non uno modo sumitur. Nam præter ens reale adhuc est, quod vocant rationis: tum & ens per accidens, & modi entis, qui dicuntur, ac denominationes quoque aliquid videntur esse. Videamus ergo singula quid sint.

Ens reale est, cujus essentia per se existit.

Quare neque ab intellectu fingitur; sed eo etiam non cogitante datur: neq; tota ejus essentia est esse ad aliud, aut in alio; sed suam

ſuam ſibi propriam habet exiſtentiam, per quam exiſtit: non per alienam. *Sed ens rationis eſt, quod ab intellectu eſſe fingitur.* Hoc etiam ſuam habet eſſentiam, per quam eſt id, quod eſt. Habet & cauſſam efficientem hujus qualiſcumque entitatis. Quum enim non ſemper eo ſit modo, quo eſt, dum fingitur, neque perpetuò tale maneat; aliquid ſit neceſſe eſt, à quo oriatur hæc varietas. Illud eſt intellectus, neque enim unum ens rationis poteſt eſſe cauſſa alterius; quamvis fingi poſſit, ut cauſſa. Intellectus verò actio non poteſt terminari ad hoc fictum ens, tanquam ad terminum: realis enim effectio requirit terminum realem: ſed ut ad termini producti objectum. Terminus verò eſt illa ipſa conceptuum inter ſe diſpoſitio. Nam hoc modo fit ens rationis: conceptus ſinguli mentis per ſenſus ad ipſam fuere delati, & rerum ſunt realium: ii inter ſe diſponuntur, & realiter conjuncti ſunt. ſed res per eos ſignificata, ſi nuſpiam extra ſit, & tamen eſſe ſignificetur, hæc eſt ens fictum.

Idcircò in definitione diximus: ipſum

entis esse fingi. Exempli gratiâ hac proferam: conceptum asini mens ex sensibus habet; sicut & conceptum rei volantis: quod si hos jungat, per eos significabitur asinus volans, qui neque in mente est, neque extra eam uspiam. Vt vel hinc appareat vulgarem entis ficti definitionem: *habere tantum esse objectivè in intellectu*: non esse de meliore notâ. Nam ista verba, *objectivè & in*, videntur inter se pugnare. Quo enim modo id, quod objicitur alicui, potest in illo esse, cui objicitur? Est autem imago ejus in illo: sed res tamen habet extra suum esse aut reale, aut fictum. Simili morbo laborat vulgaris divisio in negationem, privationem, & relationem. Sunt enim hæ denominationes, non entia ficta. Non enim à mente esse finguntur: sed vel nullo cogitante re-verâ dantur: quamvis non habeant propriam existentiam. Cæterum relinquamus hoc, & pergamus ad ens per accidens. Vbi hoc est considerandum: non agi hîc de ente, quod per accidens fit: nam & hoc nonnunquam est ens per se, & ejus caussa potius dicitur per accidens:

dens: sed de eo, quod per accidens est, seu per aggregationem. Hoc autem propriè non est ens, sed entia: & per accidens existit, quia ejus partes existunt. Est verò illud omne ens per aggregationem, quod ex pluribus entibus conflatum est. Sed varium est pro horum entium unione. Nonnunquam hęc se invicem confusè contingunt; ut in acervo lapidum: aliquando ordine; ut in mundo: quandoque habent easdem qualitates, ut etiam ejusmodi unio sit inter illa; sicut inter hanc & illam aquæ guttam: sunt quoque, ubi unum est in alio intimè, illudque penetrat, & per illud agit; sicut anima in corpore. Quomodocumque plura entia inter se jungantur, totum illud semper erit ens per aggregationem. Neque enim unio mutat rerum essentiam, ut ex duabus rebus possit fieri una res numero. Duæ enim illæ res semper manent duæ: quamvis ita similes sibi invicem reddi possint, ut mens nullam inter eas nôrit ponere distinctionem, nisi numericam.

Quando

Quando verò illud ens per accidens à mente concipitur ut totum, non eſt ens rationis: non enim à mente fingitur: ſed eſt idem, quod multa entia inter ſe unita, & eo mdo concipitur à mente: nempe ut non diſtinctum ab omnibus ſuis partibus ita collectis. Quodſi mens illud concipiat ut ens unum numero diſtinctum à ſuis partibus, non erit idem, quod omnia illa entia realia ſimul; ſed ens rationis. Illud enim eſſe eo modo fingetur. Atque hoc modo manifeſtũ fit, quo pacto ens per aggregationem non ſit verum ens, & tamen verè dicatur eſſe. Nempe quia idem eſt, quod omnia illa entia realia, quæ ſimul unum neque fiunt ſumpta ens fictum, neque unum reale; ſed manent quod ſunt, & verè apprehenduntur eſſe multa entia muta. Mens autem imponit illi unitatem, quatenus eſt acervus unus; non ens unum. Quæ unitas realis non eſt, ſed ficta. quemad modum & acervus, ut ens conceptus, non eſt realis, ſed fictus. Hæc de ente per accidens. Modus eſt habitudo quædam entis accidentaria, cujus totum eſſe eſt in

hærere

hærere enti, eique extrinſecus accedere. Sic unio animæ & corporis eſt modus quidam utriuſque. Differt enim ab utroque: quia poteſt ſeparari. Neque etiam ens eſt. Aliàs haberet adhuc aliam unionem, quâ utrique uniretur. Si enim foret ens, haberet propriam exiſtentiam.

Illa ergo animę coëxiſtenti jungeretur, & uniretur per unionem: de quà idem quæreretur. Atque ſic aut hoc confitendum eſt: unionem hanc non habere propriam aut eſſentiam aut exiſtentiam, & eſſe tantum entis modum: aut adhuc per aliam unionem rebus jungi in infinitum concedendum eſt. Differt autem modus entis ab ente rationis: quoniam hoc, intellectu non cogitante, non eſt. At etiamſi nemo intelligat animam corpori unitam eſſe, tamen hæc unio nihilominus datur. Atque idem de reliquis modis ſtatuendum eſt: nempe competere rebus per earum exiſtentiam; non per ſui intellectionem. Differt verò ab ente reali: quatenus hoc ſuam propriam habet & eſſentiam & exiſtentiam. At modus hic in ſeſe, prout ab ente

reali

reali distinguitur, non habet ullum esse reale, sed hoc omne ei competit per illud ens, cujus est modus. Nam esse realem modum, est habere reale esse: verum non proprium, sed alienum, nec per se, sed per aliud: per cujus existentiam & ille existit. Sic ceræ figura, nempe longitudo, est modus quidam ejus. Hæc ab ipsa distinguitur: quia potest separari: nempe si cera, fiat rotunda. Interim ut distincta non habet ullum proprium esse: sed inhæret tantum ipsi ceræ: cui dum inhæret, per existentiam ejus, & partium ejus, scilicet quod istæ in longum extensæ sint, hæc quoque existit longitudo; Præterea ens reale habet essentiam absolutam, eamque ex se solo sibi competentem. At modus entis est illa ipsa habitudo, quâ ens, cujus est, refertur aut ad locum, aut ad tempus, aut ad alia entia, quæ ipsi coëxistunt, quæ habitudo in re subjecta mutari potest, quia hæc mutari possunt, ad quæ refertur. Est autem modus alius, qui enti competit ratione solius existentiæ, alius, qui ratione essentiæ, & exi-
stentiæ

ſtentiæ utriuſque ſimul. Nam quamvis hæ ſint eædem, tamen ita ratione diſtingui poſſunt, ut ratio noſtra uni aliquid tribuat, quod non alteri. Prior modus eſt, quo ipſa exiſtentia exiſtit aut in loco, aut in tempore, aut cum alijs entibus. Huc ergo pertinent quies, locatio, duratio, ſitus. Quorum poſtremus eſt unius entis ad aliud poſitio, pluriumque quaſi coordinatio,& inter ſe diſpoſitio. Ad hunc ergo pertinent contactus,& unio, & ordo, & quælibet unius rei ad aliam poſitio; item varia corporis figura, raritas, denſitas, & alia ejuſmodi; quorum cauſsa eſt ſitus atomorum ad ſe in vicem, vel totius aggregati ad alia corpora. Huc quoque prædicamentum, quod vocant habere, referendum eſt. Neque enim in homine veſtito aliud aliquid, quam ſitus membrorum in veſtibus, & veſtium circum corporis membra. Duratio eſt entis continuatio.

Sicut enim, ut ſit linea continua nuſpiam inter terminos requiritur interruptio: ita quoque ut ſit duratio, requiritur nun-

nunquam interruptio, nullum temporis intervallum inter terminos interjectum, in quo non sit. Quare hæc definitio eadem est cum illa vulgari: duratio est entis in esse permansio: quamvis aliquo modo subtilior illa. Ad durationem duo pertinent modi. Vnus, quo res existit hoc momento, non illo. Neque enim hoc fingitur, sed verè rei competit, & ab ipsâ separari potest: potest enim & esse illo momento, non autem hoc. Alter modus est, quod res per plura momenta duret interruptè. Neque enim hæc duratio idem est, quod ipsa rei existentia: quoniam possunt separari. Nam in primo momento res habet existentiam: non tamen habet omnem suam durationem.

Tum & duratio augeri minuique potest. Id essentiæ nequit evenire. Quare distinguuntur modaliter: cuius distinctionis certissimum signum est hujusmodi non mutua separatio. Locatio est rei existentia in loco. Ad hanc itidem duplex pertinet modus. Vnus est existentia in vario loco: nimirum quod res sit hìc, non illic.

Neque enim hoc fingitur ab intellectu: neque idem est cum re; quia separari potest, & separatur, quando res venit in alium locum. Alter in corporibus propriè non contingit. Nam quod corpus jam in longum sit extensum, jam in latum, id fit, quatenus atomi varium acquirunt locum. Nisi quis forte modum putet, quo atomi nonnunquam ita vertuntur, ut, quod erat versus superficiem rei, fiat versus centrum: quod tamen ob indivisibilitatem an ijs contingat, dubitari potest. Est autem hic alter modus, quando res in eodem loco est diversimodè. Ideoque propriè reperitur in speciebus visibilibus, quatenus una eademque species nunc latioris ambitus est, nunc angustioris. Item in animabus, quatenus una anima, quæ est in toto corpore, nunc in majore est, nunc in minore corpore. Quare non ad situm, sed hûc pertinet rei simplicis figura: ad situm verò compositæ. Quies est rei permansio in loco. Quæ itidem modus est, quia re-verâ datur, & tamen ita, ut à re separari possit. Sed quod de his modis dixi, illud ad crea-

turas restringendum est. Quæ quum entia sint contingentia, & hosce modos habent contingentes & finitos: ideoque separabiles. At in Deo esse hosce modos non ita audacter affirmare possum. Sanè quia ipse est infinitus tempore & loco, hæc ab ipso nequeunt separari. Ego autem, ubi nullum video distinctionis signum, non libenter pono distinctionem. Id verò in Deo nullum est, quia ibi nulla separabilitas.

Cæterum est adhuc alia quies: nempe cessatio ab actione. Hæc competit enti ratione essentiæ & existentiæ; sicut quoque actio & passio. Actio qualis sit modus, vix liquet. Esse tamen modum entis, non autem ens in peculiari disputatione discutiendum est. Nunc quod ad rem præsentem satis est, paucis explicabimus. Actio est modus ille, quo se habet tota rei entitas, quando exercet suam efficaciam. Est autem quasi rei quædam promotio, dum quasi vim quandam imprimit patienti. Hæ enim descriptiones nobis usurpandæ sunt; quia sensui notiores. Ita dum manus

mea

mea projicit lapidem, illius datur actio. Et per hanc actionem movet lapidem: imo tum quoque, quando non contingit eum. Movet autem eum, quatenus ei vim quandam imprimit. Quid sit hæc vis non ita potest explicari: quia non ita sensui est nota. Interim dari illam experimur. Nam & lapis projectus, si quem contingat, suo motu similem ei vim imprimet, quâ pro fortiore motu etiam in terram dejiciatur: Hæc est vis quædam & pondus, quod à sese non habet ille lapis. Si enim paulatim manu moveatur, non ita impellet alios. Inditur ergo hæc ei vis à manu: manui inditur ab anima per nervos tanquam instrumenta. Atque ita hæc vis est illa ipsa actio. Simili modo putandum est, similem quasi vim & efficaciam rebus imprimi, quæ fiunt: quod à nobis aliter comprehendi nequit. Vt ita actio sit modus quidam agentis. Hunc enim denominat. Tum & aliqua datur diversitas ob actionem. Alio enim sese habet modo quando agit, ac quùm quiesceret. Passio manifestius declarari potest, quàm actio. Est

autem triplex: aut fieri vel interire, aut recipere, aut moveri.

Quod fit, non aliter patitur, nisi quia esse incipit cum dependentiâ ab alio, per quod fit. Hæc verò inceptio est propriè novitas illa existentiæ: nempe quòd res in eo momento primum existat, ante quod non extiterit. Hoc initium habere, & incipere per alius actionem est propriè passio. Sic interire est passio, quatenus finis est existentię: quatenus illa in ultimo momento est, & post illud non diutius est. Imò nec hoc esse in primo, aut ultimo momento, est propriè passio: sed hoc incipere unà cum primo momento, & desinere unà cum ultimo momento per alius actionem, est ipsum pati. Quod, quum à re possit separari, potest ejus quidam modus dici. Alia passio est receptio: quæ propriè est unio cum eo, quod per actionem in patiens introducitur. Hæc unio prout incipit & desinit, ad passionem refertur, & simili modo explicanda est, ac barbarè unitio posset appellari. At ipsa unio in se considerata, ut iam facta, non est amplius passio

ſio (neque enim diutius durat actio) ſed ad ſitum pertinet. Motus localis non eſt idem, quod ipſa rei exiſtentia in vario loco, quamvis hunc includat, ſed eſt propriè migratio de loco ad locum, ſeu potius entis exiſtentiæ per varia loca continuus fluxus: qui fluxus rei motæ eſt paſſio. Ex his omnibus deducitur modum eſſe entis quandam ad aliud habitudinem. Sive illud aliud ſit ens, ſive locus, aut tempus. Vnde modi illi magis ſunt reales, qui ſunt habitudo entis ad ens, quàm qui entis ad non ens, ſcilicet locum aut tempus. Ita enim locatio & duratio minus reales ſunt, quàm actio, paſſio, & ſitus. Atque hinc differt modus à denominatione. Hæc enim non eſt ipſa habitudo, ſed ab hac oritur: fit autem ab intellectu, quatenus ille rebus eam imponit. Neque tamen ab eo fingitur: ſed quia ipſum poteſt denominari, & denominare verè rebus competit citra fictionem intellectus, hinc ipſa quoque denominatio verè ijs competere intelligitur. Vt quia nos honoramus Deum, ille dicitur honoratus: quod ipſum à mente noſtra haud

fingitur (competit enim ei re-verâ) neque tamen aut ens, aut modus aliquis realis est in ipso; sed tantum denominatio oritur aut è re aliqua, aut à modo rei, eoque vel ipsius rei denominatæ, vel rei alterius. Id verò, quod denominatur non solum est ens, sed etiam non ens. Sic enim nihil denominatur. Nam tempus aliud dicitur esse præsens, aliud præteritum, aliud futurum. Locus est spatium illud imaginarium, quod verè dicitur fuisse ante conditum mundum, tum in eo aliud est τὸ hîc, aliud τὸ illic. Neque aut hæc aut horum distinctio fingitur ab intellectu; sed nullo etiam cogitante verè dari hæc intelligimus, & inter se esse distincta, Præterea & negationes, & privationes verè & rebus attribuimus, & inter se distinguimus. Vt illi errare vel hinc intelligantur, qui eas ad ens rationis referunt. Quo ergo modo aut spatium hoc verè dici potest esse, si sit nihil, aut denominationes hisce non-entibus nullo etiam cogitante verè competere intelliguntur? Huic interrogationi nos ita respondemus. Ipsum

ſum denòminare rei denominanti aut per ſe competit, aut per modum ſuum. Ipſum verò denominari nulli rei per ſe competit, ſed vel per rem coëxiſtentem, vel per modum aut ſuum, aut illius rei. Vnde ipſum denominari nihil ponit in re, quam denominat: niſi nonrepugnantiam quandam ad denominandum. Eſt enim hæc denominabilitas objectiva quædam potentia denominativitatis. Quibus phraſibus in re tam perplexâ liceat quæſo uti bonâ cum pace latinitatis. Inter iſtas conditiones una eſt: eſſe aliquid, quod non ſit fictum. Vnde τὸ nihil poteſt denominari: non vero aliud denominare. Nam denominatio non tã dicit, quid ipſa res denominata in ſe ſit; quam quo modo illa alia res, à quâ oritur, ſcilicet denominans, ſeſe habeat ad illud, quod denominatur. Ab hac tamen regulâ excipiõ denominationes, quę à rei denominatę proprio modo oriuntur. Quũ enim modus non habeat eſſe niſi in alio; neceſſe eſt, ut quę denominatio dicat illud eſſe huius rei modum, eadẽ illa quoq; ponat eſſe in re de-

nominata, cujus beneficio habere possit aliquem modum. Quare hoc pacto non ens denominari potest, & quidem verè ac realiter, & hæ denominationes inter se distingui. Sic enim quod ego digito monstro, dico vel hic vel illic: quum alias, abeunte me, non magis illud sit dicendum τὸ hîc, quàm τὸ illic. Quod verò spatium illud ante mundum conditum fuisse dicitur verè,& tamen ens non sit, id ita accipiendum est.

Axiomata affirmata, quatenus una eòrum pars includit negationem, æquipollent negatis. Quum ergo hoc spatium ex suo conceptu sit inane & vacuum, atque ita includat negationem cuiusque realis entitatis in suo conceptu, verè ei tribuo esse. Sic verè dico: ante mundum conditum erat nihil. Æquipollet enim huic, ante conditum mundum non erat ulla res creata.

SECT. II.

De essentiâ, & existentiâ.

EX definitione entis realis: ens reale est cujus essentia per se existit: facile apparet, quod essentiam ab existentia re ipsa non distinguamus; sed ipsi essentiæ tribuamus suam quoque existentiam haud ab ipsa distinctam, nisi solâ ratione. Quum enim utriusque munera diversa videantur, per diversos quoque exprimimus conceptus has, quæ in re idem sunt. Nam essentia dicitur, per quam ens est id, quod est, & sub genere aut specie constituitur, atque ab omnibus alijs distinguitur.

Existentia verò est, quâ res est actu extra nihil, & distincta à non ente. Hæ distinctiones, videntur quidē nobis diversę, quia termini, à quibus distinguuntur, diversi sunt: & in re ipsa & hæ idem sunt, & eadem est harum caussa. Quum enim universalia in singularibus non existant, sed ab ijs vi intellectus abstrahantur, necessariò conse-

[illegible]

[illegible] per [illegible] illud [illegible] Dif- [illegible] illud ea- [illegible] Ergo [illegible] nisi distinguit, [illegible] Lucus ab [illegible] nocens: [illegible] certis [illegible] enim essen- [illegible] & separa- [illegible] Non [illegible] verè de [illegible] quæ [illegible] hoc [illegible] res [illegible] est. [illegible] habere es- [illegible] genere & spe- [illegible] præ-
sens.

Digitized by Google

ſens. Ad hæc ita reſpondemus. Res dum adhuc futura eſt, nondum habet illud eſſe ſuum, quod habebit, quando præſens erit. Quare ſi conſideretur, prout ſe habet dum futura eſt, nequit ejuſdem eſſe generis ac ſpeciei, quorum eſt, quando præſens. Dum enim futura eſt, non eſt. Atque ita inter unius rei eſſe in futuro, & in præſenti datur negativa diſtinctio. At quando dicitur res futura, & præſens ejuſdem generis & ſpeciei, ejuſdem quoque eſſentiæ, nulla omnino inter illas poteſt intercedere diſtinctio. Neque enim futurum ita denotat, quo ſe habeat modo res, quando futura eſt: ſed quo ſe habitura ſit, quando præſens erit. Quare ſic illud idem eſſe ut futurum comparatur ad ſe ipſum, ut ad præſens. Atque hoc pacto nullum poteſt eſſe diſcrimen inter eſſe futurum & eſſe præſens: quia illud idem eſſe futurum eſt, quod poſtea erit præſens. Propterea res, quando futura eſt, non habet, ſed habitura eſt eandem eſſentiam, quam habebit, quando præſens erit. Atque idem de prædi-

quitur, per quod aliquid eſt hoc ens, per illud idem quoque eſſe ens. Per illud idem ergo & à non ente diſtinguitur. Differt namque ens à non ente, quia illud entitatem habet, quâ hoc caret. At eſſentiæ munus eſt facere rem hoc ens. Ergo illa eadem rem quoque à nihil diſtinguit, & exiſtentiæ munus præſtat. Rurſus ab exiſtentiâ præſtari quoque munus eſſentiæ ex eo apparet: per exiſtentiam res fit actu extra nihil. Ergo & ens,& hoc ens: quia nulla dari univerſalia certo certius eſt. Cæterum quod nonnullis perſuaſit realem hîc ponere diſtinctionem, illud facillimè refutatur. Putarunt enim eſſentiam ſeparari poſſe ab exiſtentiâ, & ſeparatam fuiſſe ante conditas creaturas. Non enim hæ tum exiſtebant, & tamen verè de ijs prædicata eſſentialia dicebantur, quæ adhuc dicuntur. Nam verum erat hoc axioma: homo eſt animal. Ad hæc, res futura non exiſtit, quando futura eſt. Eandem tamen ſuam videtur habere eſſentiam; cum ſub eodem genere & ſpetie futura ſit, ſub quibus exiſtit præſens.

ſens. Ad hæc ita reſpondemus. Res dum adhuc futura eſt, nondum habet illud eſſe ſuum, quod habebit, quando præſens erit. Quare ſi conſideretur, prout ſe habet dum futura eſt, nequit ejuſdem eſſe generis ac ſpeciei, quorum eſt, quando præſens. Dum enim futura eſt, non eſt. Atque ita inter unius rei eſſe in futuro, & in præſenti datur negativa diſtinctio. At quando dicitur res futura, & præſens ejuſdem generis & ſpeciei, ejuſdem quoque eſſentiæ, nulla omnino inter illas poteſt intercedere diſtinctio. Neque enim futurum ita denotat, quo ſe habeat modo res, quando futura eſt: ſed quo ſe habitura ſit, quando præſens erit. Quare ſic illud idem eſſe ut futurum comparatur ad ſe ipſum, ut ad præſens. Atque hoc pacto nullum poteſt eſſe diſcrimen inter eſſe futurum & eſſe præſens: quia illud idem eſſe futurum eſt, quod poſtea erit præſens. Propterea res, quando futura eſt, non habet, ſed habitura eſt eandem eſſentiam, quam habebit, quando præſens erit. Atque idem de prædi-

quitur, per quod aliquid est hoc ens, per illud idem quoque esse ens. Per illud idem ergo & à non ente distinguitur. Differt namque ens à non ente, quia illud entitatem habet, quâ hoc caret. At essentiæ munus est facere rem hoc ens. Ergo illa eadem rem quoque à nihil distinguit, & existentiæ munus præstat. Rursus ab existentiâ præstari quoque munus essentiæ ex eo apparet: per existentiam res fit actu extra nihil. Ergo & ens, & hoc ens: quia nulla dari universalia certo certius est. Cæterum quod nonnullis persuasit realem hîc ponere distinctionem, illud facillimè refutatur. Putarunt enim essentiam separari posse ab existentiâ, & separatam fuisse ante conditas creaturas. Non enim hæ tum existebant, & tamen verè de ijs prædicata essentialia dicebantur, quæ adhuc dicuntur. Nam verum erat hoc axioma: homo est animal. Ad hæc, res futura non existit, quando futura est. Eandem tamen suam videtur habere essentiam; cum sub eodem genere & specie futura sit, sub quibus existit præsens.

ſens. Ad hæc ita reſpondemus. Res dum adhuc futura eſt, nondum habet illud eſſe ſuum, quod habebit, quando præſens erit. Quare ſi conſideretur, prout ſe habet dum futura eſt, nequit ejuſdem eſſe generis ac ſpeciei, quorum eſt, quando præſens. Dum enim futura eſt, non eſt. Atque ita inter unius rei eſſe in futuro, & in præſenti datur negativa diſtinctio. At quando dicitur res futura, & præſens ejuſdem generis & ſpeciei, ejuſdem quoque eſſentiæ, nulla omnino inter illas poteſt intercedere diſtinctio. Neque enim futurum ita denotat, quo ſe habeat modo res, quando futura eſt: ſed quo ſe habitura ſit, quando præſens erit. Quare ſic illud idem eſſe ut futurum comparatur ad ſe ipſum, ut ad præſens. Atque hoc pacto nullum poteſt eſſe diſcrimen inter eſſe futurum & eſſe præſens: quia illud idem eſſe futurum eſt, quod poſtea erit præſens. Propterea res, quando futura eſt, non habet, ſed habitura eſt eandem eſſentiam, quam habebit, quando præſens erit. Atque idem de prædi-

quitur, per quod aliquid est hoc ens, per illud idem quoque esse ens. Per illud idem ergo & à non ente distinguitur. Differt namque ens à non ente, quia illud entitatem habet, quâ hoc caret. At essentiæ munus est facere rem hoc ens. Ergo illa eadem rem quoque à nihil distinguit, & existentiæ munus præstat. Rursus ab existentiâ præstari quoque munus essentiæ ex eo apparet: per existentiam res fit actu extra nihil. Ergo & ens,& hoc ens: quia nulla dari universalia certo certius est. Cæterum quod nonnullis persuasit realem hîc ponere distinctionem, illud facillimè refutatur. Putarunt enim essentiam separari posse ab existentiâ, & separatam fuisse ante conditas creaturas. Non enim hæ tum existebant, & tamen verè de ijs prædicata essentialia dicebantur, quæ adhuc dicuntur. Nam verum erat hoc axioma: homo est animal. Ad hæc, res futura non existit, quando futura est. Eandem tamen suam videtur habere essentiam; cum sub eodem genere & specie futura sit, sub quibus existit præ-

ſens. Ad hæc ita reſpondemus. Res dum adhuc futura eſt, nondum habet illud eſſe ſuum, quod habebit, quando præſens erit. Quare ſi conſideretur, prout ſe habet dum futura eſt, nequit ejuſdem eſſe generis ac ſpeciei, quorum eſt, quando præſens. Dum enim futura eſt, non eſt. Atque ita inter unius rei eſſe in futuro, & in præſenti datur negativa diſtinctio. At quando dicitur res futura, & præſens ejuſdem generis & ſpeciei, ejuſdem quoque eſſentiæ, nulla omnino inter illas poteſt intercedere diſtinctio. Neque enim futurum ita denotat, quo ſe habeat modo res, quando futura eſt: ſed quo ſe habitura ſit, quando præſens erit. Quare ſic illud idem eſſe ut futurum comparatur ad ſe ipſum, ut ad præſens. Atque hoc pacto nullum poteſt eſſe diſcrimen inter eſſe futurum & eſſe præſens: quia illud idem eſſe futurum eſt, quod poſtea erit præſens. Propterea res, quando futura eſt, non habet, ſed habitura eſt eandem eſſentiam, quam habebit, quando præſens erit. Atque idem de prædi-

quitur, per quod aliquid eſt hoc ens, per illud idem quoque eſſe ens. Per illud idem ergo & à non ente diſtinguitur. Differt namque ens à non ente, quia illud entitatem habet, quâ hoc caret. At eſſentiæ munus eſt facere rem hoc ens. Ergo illa eadem rem quoque à nihil diſtinguit, & exiſtentiæ munus præſtat. Rurſus ab exiſtentiâ præſtari quoque munus eſſentiæ ex eo apparet: per exiſtentiam res fit actu extra nihil. Ergo & ens,& hoc ens: quia nulla dari univerſalia certo certius eſt. Cæterum quod nonnullis perſuaſit realem hîc ponere diſtinctionem, illud facillimè refutatur. Putarunt enim eſſentiam ſeparari poſſe ab exiſtentiâ,& ſeparatam fuiſſe ante conditas creaturas. Non enim hæ tum exiſtebant, & tamen verè de ijs prædicata eſſentialia dicebantur, quæ adhuc dicuntur. Nam verum erat hoc axioma: homo eſt animal. Ad hæc, res futura non exiſtit, quando futura eſt. Eandem tamen ſuam videtur habere eſſentiam; cum ſub eodem genere & ſpetie futura ſit, ſub quibus exiſtit præ-
ſens.

ſens. Ad hæc ita reſpondemus. Res dum adhuc futura eſt, nondum habet illud eſſe ſuum, quod habebit, quando præſens erit. Quare ſi conſideretur, prout ſe habet dum futura eſt, nequit ejuſdem eſſe generis ac ſpeciei, quorum eſt, quando præſens. Dum enim futura eſt, non eſt. Atque ita inter unius rei eſſe in futuro, & in præſenti datur negativa diſtinctio. At quando dicitur res futura, & præſens ejuſdem generis & ſpeciei, ejuſdem quoque eſſentiæ, nulla omnino inter illas poteſt intercedere diſtinctio. Neque enim futurum ita denotat, quo ſe habeat modo res, quando futura eſt: ſed quo ſe habitura ſit, quando præſens erit. Quare ſic illud idem eſſe ut futurum comparatur ad ſe ipſum, ut ad præſens. Atque hoc pacto nullum poteſt eſſe diſcrimen inter eſſe futurum & eſſe præſens: quia illud idem eſſe futurum eſt, quod poſtea erit præſens. Propterea res, quando futura eſt, non habet, ſed habitura eſt eandem eſſentiam, quam habebit, quando præſens erit. Atque idem de prædi-

prædicatis essentialibus statuendum est. Sicut enim eadem res est in potentia, quæ postea actu erit; ita illa prædicata sunt in potentiâ, quæ de re in potentiâ prædicantur: quæ eadem, quando res actu erit, quoque de re prædicabuntur, prout erunt in actu. Sunt enim omninò idem cum re. Id ipsum palàm est, quandoquidem & hoc axioma semper verum fuit: homo est res existens. Verum esse non potuisset, si essentia separata fuit ab existentia. Solutio autem totius argumenti paucis verbis ita proponi potest. Res potest existere quolibet temporis momento: quia & ejus essentia & existentia sunt indifferentes tam ad hoc momentum, quàm ad illud. Quare quicquid rei est essentiale, debet itidem omni tempori commune esse: quoniam quæ sunt idem per omnia sunt idem, & quod est rei essentiale, est quoque idem cum ea. Sed existere hoc momento potius, quàm illo, est modus entis ab ipso separabilis: quemadmodum paulo ante dicebamus. Propterea axiomata, quorum consequens pars est verbum

aliquid;non omni tempore vera ſunt: quia verba includunt in ſuo conceptu certum tempus, aut præſens,aut præteritum, aut futurum. Quare ex eo,quod illa prædicata ſemper vera, non infertur exiſtentiam ab eſſentia fuiſſe ſeparatam: hæc enim manet cum eſſentia: quæ ſi in potentia eſt,& hæc quoque in potentia, ſi in actu, & hæc in actu: ſed illum modum eſſe ſeparatum: exiſtere in hoc momento potius, quàm in illo. Sanè ſi adhuc mordicùs tendant eſſentiam realem res habuiſſe, ante quam crearentur,quid quæſo fuit hæc? Creatane,an increata? Increatam ſi dicas, eſſentias rerum æternas ſtatues, ingenerabiles quoque & incorruptibiles. Non ergò hoc ipſum ſolius erit Dei, ſed omnium creaturarum. Neque res, quando fient, à Deo ex nihilo producentur, ſed ex hac eſſentiâ, neque in nihilum redigentur, ſed in hanc eſſentiam. Quo ergo modo ens in creatum & in increatum dividitur? Nam neceſſe eſt, ut eſſentia in toto adæquato ſui conceptus includat cauſſas ſuas: Neceſſe eſt, ut habeat finem, cujus gratiâ ſit.

sit. Neque enim finis est tantum caussa existentiæ, sed ipsius quoque essentiæ. Ratio est, quia in hanc exercet suas caussalitates, limitationem, determinationem, perfectionem: quæ essentiæ attributa sunt. Quare & essentia habet efficientem: quoniã cujus est finis, eius quoque est efficiens. Non ergo infecta dici potest. Nec etiam facta est ante sui creationem. Aut enim ab ęterno, aut in tẽpore. Ab ęterno nihil Deus ad extra operatus est. In tempore si facta sit, quid fuit quæso ante sui effectionem? An non ab ęterno prędicata essentialia verè ei tribui potuerunt? Quin si ante sui creationem facta sit, & ante eam existens fuerit necesse est. Omnis enim actio caussarum fertur ad existentiam rei factæ, tanquam ad terminum requisitum. Tantæ difficultates premunt hanc bellã de existentia separabili sententiam. Quę adhuc augeri possunt. Nam & homo dicebatur verè ens creatum, antequam creabatur: quia hoc ei ęquè essentiale, ac esse animal. Verum illud sit, quia nomina hęc æquè competunt enti in potentia, ac in actu. Quare eadem esse debent:

debent: quia ens non eſt aliud in potentia, quàm poſtea in actu. Preterea & ipſi exiſtentię competebant ſua prædicata, antequam creabatur: eſſe factam, finitam, limitatam. Quin ergo ſtatuant aut exiſtentiam tum fuiſſe, aut habere ſuam quandam propriam eſſentiã, quę tum fuerit. Sed de hac iterum quęram; diſtinctane ſit, an nõ? Rurſus illa eadem nos tribuimus reali eſſentiæ quę illi exiſtentię: eſſe factam, finitam, temporariã. Ex quibus omnibus hoc infertur: per hanc diſtinctionẽ res multiplicari abſque neceſſitate: quod omnes in univerſum vetant Philoſophi. Hæc eſt invicta ratio ad evertendam hanc fictitiam diſtinctionem. Sunt tamen & pręter hanc adhuc alię. Neq; enim exiſtentia à verâ reali eſſentiâ poteſt ſeparari. Nã quum omnis cauſſarum actio feratur ad exiſtentiam, & eſſentiam realem nõ habeant res niſi à cauſſis; contradictionẽ implicat res habere realem eſſentiã, & non exiſtere. Deinde, quum ens ſit commune Deo & creaturis, ſi in ente hæc dabitur diſtinctio, etiam Deo competet. Aut ergo nõ diſtingui confitendum eſt, aut in creaturis tantum

tantum diſtingui, idque ex peculiari ratione. Quæ ergo hæc? Atque hîc adverſarijs rurſum aqua hæret.

SECT. III.

De entis conceptu.

VT præcipua eorum capita, quæ de ente in genere moventur, paucis attingamus, dicamus quoque aliquid de entis conceptu. Hæc enim diſputatio inter difficillimas à Scholaſticis poſita eſt. Summam totius difficultatis breviter proponam. Quum ens commune ſit ſubſtantiæ & accidenti, omnibuſque inferioribus ſpeciebus, nihil includit in conceptu ſuo, quod aut huic, aut illi proprium. Quare nec inferiorum ſpecierum includit differentias. Hæ enim quum ſubſtantiam diſtinguant ab accidente, quantitatem à qualitate, unam denique ſpeciem ab alia, neceſſariò unaquæque propria eſt rei illi quam diſtinguit. At quicquid per entis conceptum repræſentatur, eſt omnibus

ſpeciebus

ſpeciebus inferioribus commune. Quare ſub hoc illæ non conprehenduntur. Si verò ſunt non ens, & nihil, quomodo ens facient ſubſtantiam eſſe: Aut quomodo unum ens ab alio per hos diſtinguetur? An id, quod eſt, poteſt diſtingui per id, quod non eſt? Ob hæc & alia Metaphyſici in diverſas abierunt ſententias. Nam alij differentias has non putarunt eſſe ens, ſed modos ejus contrahentes: uti loquuntur more ſuo. Alij unitatem conceptus omnino abnegarunt. Sunt tamen è recentioribus qui, mediâ incedentes viâ, & unitatem conceptus defendunt, & hos modos contrahentes non ponunt. Nam modi illi ſi darentur, neceſſariò ens forent. Haberet enim perfectionem. Etenim quum ſubſtantia accidente ſit perfectior, nec hanc perfectionem majorem ex eo habeat, ex quo eſt ens: hoc enim ipſi cum accidente eſt commune: neceſſe eſt, ut habeat ex modo contrahente. Hic ergo habet perfectionem; quia illam dat: & entitatem, quia hujus illa eſt proprietas. Quodſi ergo modi hi etiam ens ſint, nihil

facit hoc effugium ad solvendam propositam difficultatem. Esse verò conceptum entis unum vel experientiâ notum est. Non enim audito nomine entis distrahitur ens ad concipienda plura, ut sunt plura: quod eveniret, si plures efficerentur species intelligibiles entis. Neque hic conceptus repręsentat plura entia in quantum inter se differunt: quod fieri deberet, si pluralitatem significaret: sed in quantum inter se conveniunt, ac sub illâ ratione unum aliquo modo & idem sunt. Quapropter sicut universale abstrahitur à singularibus & ejus conceptus unus est, qui tamen omnibus singularibus communis: ita & conceptus entis ab omnibus inferioribus mente abstrahitur, & fit unus tantum; quia non repræsentat, nisi illud, quod in omnibus istis est simile.

Quodsi conceptus hic unus non foret, sed inferiores species includeret, aut unam tantum distinctè, & reliquas confusè per proportionem ad hanc. Hoc posterius pugnat cum ipsa experientiâ. Sæpe enim concipimus aliquid esse ens, & dubitamus, quod-

quodnam sit ens. Id autem non fieret, si una species distinctè per ens designaretur. Imò falsum foret illam aliam speciem esse ens: quia non foret hæc species, quæ distinctè repræsentaretur. Illud prius omninò fieri nequit. Aut enim includeret disiunctè, aut copulatè aut simpliciter. Non disiunctè; quia sic fieret axioma identicum, quando ens de inferioribus speciebus diceretur. Foret enim idem ac si dicerem, hæc species est hæc vel illa species. Non copulatè; quia sic falsum foret axioma, hæc species est ens. Foret enim cum eo: hæc species est hæc & illa species. Non denique simpliciter, quia hoc modo nihil enuntiamus! nisi ut substantivum & adjectivum, vel ut duo substantiva per appositionem. Vtro modo capias hoc, non poterunt hæ species enuntiari simpliciter, quia una de altera nequit affirmari. His quorundam recentiorum rationibus & nos applaudimus, & ad superioris difficultatis refutationem nos ita comparamus. Aliud ens, aliud entis conceptus. Ens prout extra intellectum

existit, est etiam hoc ens, & omnes inferiores species. Quare hoc modo verum sentiunt, qui ajunt ens includere omnia inferiora. Verum in eo errant, quod ascribant hoc ipsum entis conceptui, quod enti extra intellectum existenti competit. Neque enim entis conceptus repræsentat inferiores differentias; sed ab ijs est abstractus. Quare hoc modo verum est, quod alij ajunt, entis conceptum per modos contrahentes, qui non sunt entis conceptus, determinari ad hujus entis conceptum. Verum in eo hi errant, quòd ipsi enti in se ascribant hoc, quod est solius conceptus. Ita illius difficultatis scopulos prætcrnavigavimus. Neque enim hujusmodi contrahentes modi existunt extra intellectum: sed in concipiendo contingunt. Conceptus enim inferioris differentiæ non est idem, qui entis; sed ab eo differt. Non enim illud commune repræsentat. Neque tamen est nihil. Sed illud, quod hic conceptus repræsentat, est quidem ens: verum per illum non repræsentatur in quantum est ens, & à nihilo differt.

differt. Interim ut ille communis conceptus ad hujus entis conceptum determinetur, non est opus aliquâ additione; sed rei per confusum conceptum repræsentatæ clariore expressione. Nempe hi duo conceptus haud differunt quoad essentiam; sed tantum quoad modum, quo substrati sunt mentis apprehensioni: quatenus ille repræsentat confusè, quod hic clarius, secundum se totum declarat. Neque interim ex unitate conceptus sequitur ens esse univocum creatori & creaturæ: quoniam ad univocationem illa non satis est, sed requiritur quoque, ut genus utrique speciei æque primo competat. Id autem hic non fit: quandoquidem esse ens natura prius competit Deo, quam creaturis: utpote quibus non nisi per influxum Dei.

[illegible] IV

[illegible]

[illegible] quæ [illegible] neque reali- [illegible] distingui pos- [illegible] enim [illegible] fit [illegible] in suo [illegible] quod non [illegible] non est in [illegible] & [illegible] in quo [illegible] ergo in [illegible] enim [illegible] veri- [illegible] quod [illegible] posset. [illegible] multa. Ex eo [illegible] distingui vo- [illegible] hoc ex illo non [illegible] enim distin- [illegible] Quare illud,

Digitized by Google

illud, quod per rationem à veritate separatum intelligitur, est quidem in se verum: non enim re verâ facta est separatio: sed non ut verum concipitur, quatenus intelligitur abstractum à veritate. Nam ad rationis distinctionem satis est, ut unum possit considerari sine alio. Id hîc fieri potest. Sicut enim res intelligitur ut nihilominus non intelligatur ejus intelligibilitas: ita & intelligi potest, ut tamen non intelligatur ejus veritas. Atque hæc rationis distinctio satis est, ut aliquid dicatur proprietas rei: imo ulterior esse nequit. Vt vero aliquid rei sit proprietas, necesse est, ut soli, omni subjecto, semper competat: ut quoque aliquam realem entis habitudinem explicet, quæ per definitionem non exprimitur, sed essentiæ jam constitutæ per suam essentiam & existentiam quasi accidere intelligatur.

Tales esse has entis affectiones singulatim demonstrandum est. Cæterum in creaturis non distingui adhuc ex duobus argumentis probari potest. Vnum, quia nulla fingenda est distinctio sine

SECT. IV.

De entis proprietatibus.

His ita explicatis videamus porrò, quæ sint entis attributa. Ea neque realiter, neque modaliter ab ente distingui possunt sed solâ ratione. Quum enim ens sit commune & Deo & creaturis, nihil in suo conceptu includere potest, quod non competat & illi & his. Quare non est in eo hæc attributorum distinctio; quia & hæc attributa Deo sunt communia, in quo nulla datur distinctio. Quod si ergo in creaturis detur, id ex peculiari continget ratione. Quæ ergo hæc? Neque enim videtur posse separari. Nam etiamsi veritas separaretur ab ente, illud tamen, quod maneret, verum foret, quia intelligi posset. Vnum etiam foret, quia non multa. Ex eo quidam ne ratione quidem distingui voluit concludere. Cæterum hoc ex illo non sequitur necessariò. Rationis enim distinctio non est, nisi inter conceptus. Quare illud,

illud, quod per rationem à veritate ſeparatum intelligitur, eſt quidem in ſe verum: non enim re verâ facta eſt ſeparatio: ſed non ut verum concipitur, quatenus intelligitur abſtractum à veritate. Nam ad rationis diſtinctionem ſatis eſt, ut unum poſſit conſiderari ſine alio. Id hîc fieri poteſt. Sicut enim res intelligitur, ut nihilominus non intelligatur ejus intelligibilitas: ita & intelligi poteſt, ut tamen non intelligatur ejus veritas. Atque hæc rationis diſtinctio ſatis eſt, ut aliquid dicatur proprietas rei: imo ulterior eſſe nequit. Vt vero aliquid rei ſit proprietas, neceſſe eſt, ut ſoli, omni ſubjecto, ſemper competat: ut quoque aliquam realem entis habitudinem explicet, quæ per definitionem non exprimitur, ſed eſſentiæ jam conſtitutæ per ſuam eſſentiam & exiſtentiam quaſi accidere intelligatur.

Tales eſſe has entis affectiones ſingulatim demonſtrandum eſt. Cæterum in creaturis non diſtingui adhuc ex duobus argumentis probari poteſt. Vnum, quia nulla fingenda eſt diſtinctio ſine

SECT. IV.

De entis proprietatibus.

HIs ita explicatis videamus porrò, quæ sint entis attributa. Ea neque realiter, neque modaliter ab ente distingui possunt sed solâ ratione. Quum enim ens sit commune & Deo & creaturis, nihil in suo conceptu includere potest, quod non competat & illi & his. Quare non est in eo hæc attributorum distinctio; quia & hæc attributa Deo sunt communia, in quo nulla datur distinctio. Quod si ergo in creaturis detur, id ex peculiari continget ratione. Quæ ergo hæc? Neque enim videtur posse separari. Nam etiamsi veritas separaretur ab ente, illud tamen, quod maneret, verum foret, quia intelligi posset. Vnum etiam foret, quia non multa. Ex eo quidam ne ratione quidem distingui voluit concludere. Cæterum hoc ex illo non sequitur necessariò. Rationis enim distinctio non est, nisi inter conceptus. Quare illud,

illud, quod per rationem à veritate separatum intelligitur, est quidem in se verum: non enim re verâ facta est separatio: sed non ut verum concipitur, quatenus intelligitur abstractum à veritate. Nam ad rationis distinctionem satis est, ut unum possit considerari sine alio. Id hîc fieri potest. Sicut enim res intelligitur ut nihilominus non intelligatur ejus intelligibilitas: ita & intelligi potest, ut tamen non intelligatur ejus veritas. Atque hæc rationis distinctio satis est, ut aliquid dicatur proprietas rei: imo ulterior esse nequit. Vt vero aliquid rei sit proprietas, necesse est, ut soli, omni subjecto, semper compe-tat: ut quoque aliquam realem entis habitudinem explicet, quæ per definitionem non exprimitur, sed essentiæ jam constitutæ per suam essentiam & existentiam quasi accidere intelligatur.

Tales esse has entis affectiones singulatim demonstrandum est. Cæterum in creaturis non distingui adhuc ex duobus argumentis probari potest. Vnum, quia nulla fingenda est distinctio sine

SECT. IV.

De entis proprietatibus.

HIs ita explicatis videamus porrò, quæ sint entis attributa. Ea neque realiter, neque modaliter ab ente distingui possunt sed solâ ratione. Quum enim ens sit commune & Deo & creaturis, nihil in suo conceptu includere potest, quod non competat & illi & his. Quare non est in eo hæc attributorum distinctio; quia & hæc attributa Deo sunt communia, in quo nulla datur distinctio. Quod si ergo in creaturis detur, id ex peculiari continget ratione. Quæ ergo hæc? Neque enim videtur posse separari. Nam etiamsi veritas separaretur ab ente, illud tamen, quod maneret, verum foret, quia intelligi posset. Vnum etiam foret, quia non multa. Ex eo quidam ne ratione quidem distingui voluit concludere. Cæterum hoc ex illo non sequitur necessariò. Rationis enim distinctio non est, nisi inter conceptus. Quare illud,

illud, quod per rationem à veritate ſeparatum intelligitur, eſt quidem in ſe verum: non enim re verâ facta eſt ſeparatio: ſed non ut verum concipitur, quatenus intelligitur abſtractum à veritate. Nam ad rationis diſtinctionem ſatis eſt, ut unum poſſit conſiderari ſine alio. Id hîc fieri poteſt. Sicut enim res intelligitur ut nihilominus non intelligatur ejus intelligibilitas: ita & intelligi poteſt, ut tamen non intelligatur ejus veritas. Atque hæc rationis diſtinctio ſatis eſt, ut aliquid dicatur proprietas rei: imo ulterior eſſe nequit. Vt vero aliquid rei ſit proprietas, neceſſe eſt, ut ſoli, omni ſubjecto, ſemper competat: ut quoque aliquam realem entis habitudinem explicet, quæ per definitionem non exprimitur, ſed eſſentiæ jam conſtitutæ per ſuam eſſentiam & exiſtentiam quaſi accidere intelligatur.

Tales eſſe has entis affectiones ſingulatim demonſtrandum eſt. Cæterum in creaturis non diſtingui adhuc ex duobus argumentis probari poteſt. Vnum, quia nulla fingenda eſt diſtinctio ſine

SECT. IV.

De entis proprietatibus.

HIs ita explicatis videamus porrò, quæ ſint entis attributa. Ea neque realiter, neque modaliter ab ente diſtingui poſſunt ſed ſolâ ratione. Quum enim ens ſit commune & Deo & creaturis, nihil in ſuo conceptu includere poteſt, quod non competat & illi & his. Quare non eſt in eo hæc attributorum diſtinctio; quia & hæc attributa Deo ſunt communia, in quo nulla datur diſtinctio. Quod ſi ergo in creaturis detur, id ex peculiari continget ratione. Quæ ergo hæc? Neque enim videtur poſſe ſeparari. Nam etiamſi veritas ſepararetur ab ente, illud tamen, quod maneret, verum foret, quia intelligi poſſet. Vnum etiam foret, quia non multa. Ex eo quidam ne ratione quidem diſtingui voluit concludere. Cæterum hoc ex illo non ſequitur neceſſariò. Rationis enim diſtinctio non eſt, niſi inter conceptus. Quare illud,

illud, quod per rationem à veritate ſeparatum intelligitur, eſt quidem in ſe verum: non enim re verâ facta eſt ſeparatio: ſed non ut verum concipitur, quatenus intelligitur abſtractum à veritate. Nam ad rationis diſtinctionem ſatis eſt, ut unum poſſit conſiderari ſine alio. Id hîc fieri poteſt. Sicut enim res intelligitur ut nihilominus non intelligatur ejus intelligibilitas: ita & intelligi poteſt, ut tamen non intelligatur ejus veritas. Atque hæc rationis diſtinctio ſatis eſt, ut aliquid dicatur proprietas rei: imo ulterior eſſe nequit. Vt vero aliquid rei ſit proprietas, neceſſe eſt, ut ſoli, omni ſubjecto, ſemper compe-tat: ut quoque aliquam realem entis habitudinem explicet, quæ per definitionem non exprimitur, ſed eſſentiæ jam conſtitutæ per ſuam eſſentiam & exiſtentiam quaſi accidere intelligatur.

Tales eſſe has entis affectiones ſingulatim demonſtrandum eſt. Cæterum in creaturis non diſtingui adhuc ex duobus argumentis probari poteſt. Vnum, quia nulla fingenda eſt diſtinctio ſine

necessitate, ac certo ejus judicio. Alterum, quia quum hæc attributa aut eadem, aut diversa per se sint, non potest hæc cum ente identitas aut ab eo diversitas ijs per aliam competere rationem, ac per quam sunt. At non sunt per inferiorem aliquam rationem, sed per hanc communissimam, quæ est entis.

Attributa hæc sex sunt: unitas, veritas, bonitas, existentia, localitas, durabilitas. Neque plura dari possunt sive simplicia, sive disiuncta, uti vocant. Vnitas comprehendit & negationem multitudinis, quæ est simplicitas, & distinctionem ab alijs. Vnum enim est, quod non est plura, non multa. Illud idem quoque simplex. Nam quicquid est compositum, est multa. Distinctio verò ab alijs consequitur hanc unitatem. Sed ipsa distinctio propriè non est entis affectio: quia ei est accidentaria. Oritur enim ex aliorum coexistentia. Sed ipsum distingui posse est attributum, quod enti per se competit, quamvis secundariò, quia ipsi competit esse unum, non multa. Atque ita quæ à

Schola-

Scholaſticis diſputantur de indiviſione in ſe, & diviſione à quolibet alio, idem ſunt cum ijs, quæ hîc diximus. Vnitatem verò hanc entis nullam agnoſcimus aliam, quàm numericam. Vniverſalis enim non eſt realis: & formalis, quæ & unitas definitionis, non tam eſt unitas, quam identitas: Nam quia unitas hæc entis eſt negatio multitudinis, quæ ex hiſce pluribus componitur: neceſſe eſt, unitates haſce eſſe numericas, quia earum multitudo eſt numerica. Eſt enim hæc aut par, aut impar. Et ſanè quid eſt unitas, quæ non ſit numerica? Quare hæ diſtinctæ ac diverſæ unitates ſunt inania Scholaſticorum commenta, ſine ullâ neceſſitate in Scholas introducta.

Veritas duplex eſt, axiomatis & rei: quæ poſterior tantum entis eſt affectio. Veritas axiomatis eſt ejus quædam cum objecto conformitas, ſcilicet quòd pronunciet, uti res ſit, ſimilis quædam conformitas videtur veritas rei. At cum quo? An cum intellectu? Nequaquam. Hæc enim conformitas naturâ poſterior eſt intellectione. Neceſſe enim eſt, ut prius

res intelligatur, quàm intellectui conformis esse possit. At veritas rei est naturâ prior intellectione.

Est namque intelligibilitatis, ut ita dicam, caussa quæ naturâ prior est intellectione: nam, quia res vera est, intelligi potest: non autem, quia intelligi potest est vera. Cæterum veritas consistit in conformitate rei cum sua definitione; cujus in re expressio propriè est veritas. Nam & rei sua definitio naturâ prius intelligitur competere, quàm existentia. Definitionem intelligo, non quam pro libito facit, sed quæ per se rei competit. Ita divinitatis datur quædam idæa, quæ à solo Deo potest comprehendi. Ita rerum nostratium idææ seu definitiones erant in mente divinâ, ad quas tanquam ad exemplar res conditæ sunt. Sunt ergo, dico, de ratione veritatis; ipsa conformitas, &, quæ hanc sequitur, intelligibilitas: nam intelligi per coëxistentiam rei intelligentis competit veritati; non autem per se, sicut distingui, unitati.

Simili modo & duo sunt de ratione bonitatis,

nitatis, perfectio scilicet & appetibilitas. Perfectum est, cui nihil deest ad integritatem sibi debitam. Hæc debita integritas est, quę per definitionem repręsentatur; ut ita perfectio consequatur ad veritatem. Appetibile est, quod bonum alteri; nempe jucundum, aut utile, aut honestum. Vnde hæc bonitas in rebus creatis est sui quæque entis finis proximus, propter quem illud est conditum.

Quid essentia, duratio, locatio sint, supra explicatum est. Esse autem attributa entis inde apparet, quod realem quandam entis habitudinem explicent, quæ per definitionem non exprimitur. De duratione autem & locatione hoc observandum est, quod de distinctione & intellectione diximus; nempe esse accidentarias enti, & ab eo posse separari: esse enim modos ejus jam ante disputatum est. Sed durabilitas & localitas sunt affectiones inseparabiles, quę enti per se competunt. Per durabilitatem & localitatem non intelligo potentias quasdam, quæ, posito actu, separantur: sed aptitudinem & incliuationem

nem ad durandum & locatum esse (neque enim alijs verbis explicare novi, quod sentio) quæ non magis, positâ locatione aut duratione, tollitur, quàm positâ actione potentia activa, & recepto actu potentia receptiva. Atque ita unicuique enti ascribo durationem suam. Non enim potest esse, nisi ad minimum per unum duret momentum. Alias enim in eodem momento fieret, & interiret: & ita duo opposita de eodem dicerentur simul. Quæ enim in uno indivisibili momento fiunt, simul fiunt. Ascribimus & unicuique suam locationem, etiam ipsi Deo, sed infinito hinc infinitam. Quum enim ille sit ubique, necesse est, ut sit in omni loco. Quod est in omni loco, necesse est, ut sit in loco. Nam illi sibi ipsis contradicunt, qui ajunt Deum esse ubique & nullibi. Est enim ubique, qui in omni ubi, nullibi qui in nullo ubi.

Ex hisce manifestum est perperam ens à recentioribus per conjunctas affectiones divisum esse in unum & multum, simplex & compositum, verum & falsum, bonum & malum,

malum, perfectum & imperfectum, locale & illocale. Si enim nullum ens sit multum, compositum falsum, malum, imperfectum, illocale; quomodo hæc entis species dici possunt, aut ens in hæc distingui? Quin & in possibile & impossibile dividant: quum tamen possibile nondum sit; impossibile nunquam esse possit. Sic item ens in genere perperam dividunt in finitum & infinitum, necessarium & contingens, creatum, & increatum. Sunt enim infinitas, necessitas, & æternitas proprietates Dei. Finitas, contingentia, creatio creaturæ. Quare unicuique suæ proprietates in specie attribuendę sunt, non in genere explicandæ.

Cæterum hæc attributa, unitas, veritas, bonitas, existentia, localitas, durabilitas, non sunt solius entis realis attributa, sed etiam entis ficti. Sicut enim hoc habet fictam essentiam, ita & fictæ essentiæ ficta hæc attributa, fictam unitatem, fictam veritatem, &c. Est enim & fictum ens verum, aut, quod idem, verè fictum ens. Sic & modus, sicut ejus esse est aliena essentia,

ita

ita habet aliena hæc attributa, unitatem, veritatem, &c. Quare ens non est Metaphysices objectum, quatenus sumitur pro ente reali, sed quatenus comprehendit omne intelligibile, omne aliquid. Quum enim hæc omnia habeant aliquid commune, habent etiam genus. Illud enim est aut generalissimum, aut detur adhuc superius. Atque ita tandem ad genus generalissimum deveniendum est, quod in generalissimâ Philosophià pertractandum est. Illud autem quicquid est communissimum, scilicet intelligibile. Quare hujus entis divisiones ita instituendę sunt: Ens est fictum vel non fictum. Non fictum, modale vel reale. Modale, vel modus vel denominatio. Quorum omnium definitiones in præcedentibus habentur. Ordo verò contrarius foret instituendus. Divisionem in ens potentiâ & actu omisimus: quia ens potentia in se vel est nihil vel negatio: quæ, quando est, ad denominationes quoque referenda est. Sunt tamen è recentioribus, qui ipsum Intelligibile statuunt: quia hæc axiomata

mata intelliguntur: ex nihilo nihil fit: mundus ex nihilo conditus eſt. Verum quia nihil, quando intelligitur, ut negatio apprehenditur: hæc verò ad denominationes pertinet; nos putamus nihil, quatenus enti latiſſimè ſumto opponitur, non poſſe quoque intelligi.

SECT. V.

De actu & potentiâ.

Reſtant adhuc contemplanda, actus & potentia: quæ à nonnullis quoque inter entis attributa recenſentur. Tritiſſima ſanè ſi uſum ſpectes; ſed obſcuriſsima, ſi rem. Tam enim confuſè paſsim uſurpantur, ut eorum certa cognitio vix poſsit comparari. Potentiam deſcribunt, quæ actum antecedit, quæ ad actum dirigitur, in actum educitur, ab actu perficitur: Actum, qui potentiam perficit.

Quare & potentiâ præſtantior eſt; & actu poſito

posito potentia tollitur. Hæc axiomata de ijs circumferuntur vulgò. At mihi non placet ita generaliter enuntiata. Nam quamvis sit verum potentiam antecedere actum saltem naturâ, & ad eum referri; tamen & impropria phrasis est, potentiam in actum educi: & planè falsum est, eam ab actu effici. Etenim quæso, quid est hoc educi? Ipsa potentia non potest fieri actus ille, cujus est potentia. Sed actus fit, qui antea non erat. An hoc fieri, est potentiam in actum educi? Ita hi superficiarij locutores in verbis sibi placent; rem ipsam negligunt. Illud autem alterum, potentiam actu perfici, ex inductione satis refutari potest. Primò enim potentia objectiva ab actu non perficitur, sed eo posito, tollitur. At à quo aliquid perficitur, ab eo accipit, quicquid pertinet ad integritatem sibi debitam. Sic enim anteà definiebatur perfectum. Deinde potentia activa nullo modo ab actu suo, qui est actu, perficitur. Manet illa enim eadem, quæ erat antea. Taceo, quòd ab actionibus lassetur, ut imbecillior tandem evadat in agendo.

agendo. Neque hoc potes potentiæ restrici imputare, qui ab actu potentiam perfici autumas. Imò gratias ei habeas, cujus resistentiæ vi actio tua diutius durat, quâ tua potentia amplius perficiatur. Denique neque receptiva ullo modo ab actu perficitur.

Est enim ejus actus id, quod recipitur. At illud utitur fortè suo subjecto ut instrumento, per quod agat, sicut anima corpore: at majorem perfectionem ei non dabit quàm antea habuerit. Si autem hanc daret, entitatem quoque daret: quia ens & perfectum idem sunt. At illud, quod recipit, necesse est, ut jam actu constitutum sit, antequam actu possit recipere. Quare ab eo, quod recipit, nihil additur ejus entitati. Tantum abest, ut materia prima à suo actu perficiatur. Atque ex his apparet non esse generaliter verum & illud axioma: omnis actus est perfectior potentiâ. Neque enim actio est perfectior potentiâ activâ: quia ejus est effectum. Tum neque illud in genere verum est: Frustra est potentia, quæ non educitur in

actum. Nam ut concedamus hoc in potentiâ activâ creatâ : at in increatâ nequit concedi. Non enim illa est propter ullum finem. Quare nec frustra esse dici potest, etiamsi, uti ajunt, in actum non educatur. Similiter nec omni actui competit: eo posito tolli potentiam. Neque enim positâ actione tollitur agendi facultas. Nam quo modo agerem si facultatem agendi non haberem, quondo agerem? Est enim hæc facultas actionis caussa. Neque receptâ formâ substantiali aut accidentali, tollitur potentia receptiva : sed manet adhuc illa eadem aptitudo ad recipiendum. Est ergo tantum vera de potentiâ objectivâ. Hæc enim tollitur posito actu. Nam quando res est, non diutius potest esse. Si posset esse, posset fieri. At fieri posse & esse implicat contradictionem. Potentia est activa vel passiva. Activa est quâ aliquid agit : ejusque actus est actio. Passiva est receptiva, vel objectiva. Receptiva, quâ potest aliquid recipere sive substantiale, sive accidentale, ejusque actus est receptum.

Huc

Huc & mobilitas refertur, cujus actus est motus. Objectiva, quæ alio nomine dicitur possibilitas, est propriè entis in potentia, quod fieri potest. Illæ duæ priores potentiæ in reali sunt subjecto: hæc posterior est in non ente. Neque enim quod fieri potest, adhuc est, sed non est; quare ens actu propriè dicitur, quod est extra caussas suas; ens potentiâ, quod nondum extra eas est, sed esse potest. Extra caussas esse nihil aliud est, quàm vi caussarum productum esse. Dicitur autem objectiva illa potentia, quia caussis objici potest: eaque in se tantum est nuda negatio; nihilque positivi denotat in re, cujus est, sed tantum negationem omnis repugnantiæ ad existendum, & remotionem omnis contradictionis ad obtinendam realem entitatem. Sed in caussâ requirit efficaciam, quæ sit satis ad efficiendam talem rem: quæ efficacia est realis potentia, ut ita nulla caussa, ne Deus quidem facere possit, quæ implicant contradictionem. Nam hæc fieri nequeunt, quia esse nequeunt. Includunt enim in

ſuo eſſe ipſum non eſſe. Malim tamen ſic dici : contradictoria fieri nequeunt, quàm ita, Deus facere ea nequit. Nam quamvis hæc inter ſe idem ſint ; tamen, quare id malim, duplex me movet cauſſa. Etenim videtur aliquo modo durior illa locutio ; quaſi aliqua forent, quæ divinam potentiam effugerent. Deinde ſubtilius loquimur hoc modo. Neque enim ipſum facere implicat contradictionem, ſed ipſum rei fieri & eſſe. Atque ita omnis contradictio oſtendi debet ex parte rei, quæ fit ; non quæ facit. Non enim quia Deus rem facere poteſt, ideo res fieri poteſt : ſed quia res fieri poteſt, ideo Deus eam facere poteſt.

EXER-

EXERCITATIO TERTIA,

DE DISTINCTIONIBVS.

SECT. I.

De distinctionum speciebus.

VT persequamur cuncta, quæ de ente in genere dicuntur, aliquid quoque de distinctionibus cognoscamus. Distinctio est entis ab alio diversitas, sive illud aliud sit ens, aut modus entis, sive non ens. Agimus enim de illâ tantum distinctione, quâ ens reale distinguitur. Ea est duplex negativa vel positiva. Negativa, quâ ens distinguitur à non ente. Sub non ente comprehendo & ens rationis. Neque enim ens rationis, si entis opponatur reali, entis habet rationem, sed non entis. At si ens rationis opponatur rationis enti, erit inter illa quasi positiva distinctio. Etenim entia rationis distinguuntur inter se quasi rea-

liter, vel quasi modaliter, vel quasi formaliter: quatenus entia rationis finguntur vel ut diversa entia, vel ut ens & modus entis, vel quatenus per diversos conceptus repręsentatur unum rationis ens. Addo vocem, quasi, ut faciam discrimen inter verā distinctionem & fictam. Nam sicut entia rationis non sunt vera sed ficta entia: ita & illorum distincto non est vera, sed ficta distinctio. Positiva distinctio est, quâ ens distinguitur ab aliquo positivo. Est autem duplex, alia fit à mente nostrâ, & propriè intercędit inter unius rei conceptus: alia est in re etiam nemine cogitante. Illa vulgò vocatur distinctio rationis, quia in ipsâ re nō sit, sed à ratione fiat. Nō quod versetur inter entia rationis. Neque enim mens fingit, quę ita distinguit, sed quia admodū distinctiyū concipit, quæ in re distincta non sunt, ipsā distinctionē fingit. Interim in fingendo illam non errat mens. Non enim aut per affirmationem aut per negationem aut res esse distinctas; sed tantū per abstractionem unum terminum sine alio concipit; seu quod idē est unum considerat non considerato alio.

Ideo

Ideo potius distinctè res concipit, quàm distinctas. Quodsi posteà per reflexionem mentis de rebus affirmet hanc distinctionem, non affirmat eam in re esse, sed inter conceptus rei objectivos, seu inter idæas materialiter consideratas, & à mente fieri, sicut hi conceptus fiunt. Hi enim dum à mente fiunt, etiam distincti fiunt; & ita fit una distinctio. Vt ita hęc distinctio non fingatur sine ullo fundamento, sed verè rebus convenire intelligitur. Sic enim in Deo idem sunt intellectus & voluntas; & tamen nos verè & distinctè concipimus ea, & diversa de ijs prædicamus. Propterea causa hujus distinctonis est inadæquatus noster concipiendi modus. Est enim ita comparatus à naturâ intellectus noster, ut per unum conceptum non possit exhaurire totam rei entitatem, sed ut eam exhauriat, plures formandi sunt, quorum unusquisque aliquid rei repręsentat. Vnde ego quidem malim hanc distinctionē formalē appellari, quàm rationis. Sunt enim hi conceptus quasi diversę quędā formę, & rationes seu habitudines, sub quib. res cōcipiuntur. Scholastici

hanc alio nomine vocant rationis ratiocinatæ eique addunt adhuc aliam; quam vocant rationis ratiocinantis; quando idem simplex conceptus distinguitur à se ipso, quod fit vel per repetitionem in mente, vel per comparationem. Sic enim Cato distinguitur à se ipso, sive sub ratione subjecti & prædicati: sive sub ratione subjecti & termini relationis: quando Cato dicitur esse Cato, vel esse idem, qui est. Cæterum hæc propriè loquendo non est distinctio. Nam quamvis dentur quidem duo conceptus Catonis numero distincti, tamen si materialiter considerentur, idem prorsus est, quod in re designant. Ad hæc mens utitur hisce conceptibus, ut omnem tollat distinctionem. Quare per hos non ponit aliam, sed omnem distinctionem removet, dum in re non repræsentant hi conceptus. Quod si hi nihilominus in se distincti sint numero, id obtinent, quatenus sunt entia realia à mente effecta: ideoque illorum distinctio ad illa est referenda.

Altera positiva distinctio, quæ rei per se compe-

competit non per rationem, aut eſt modalis, aut realis. Modalem tam latè ſumo, ut comprehendat non tantum eam, quâ ens diſtinguitur à ſuo modo, ſed & eam, quâ diſtinguitur à denominatione ſuâ. Pręter hanc modalem diſtinctionem datur adhuc diſtinctio modorum, quæ non eſt hujus loci, quâ duo ejuſdem rei modi diſtinguuntur. Hæc paulo major eſt, quàm modalis, quia ejus termini mutuò poſſunt ſeparari. Verum hæc ſeparatio non competit eis per illud eſſe modale, quod in ſe habent, ſed per illud eſſe reale, quod habet ſubjectum, ſcilicet in quo ſunt. Quia enim ſeparato modo res eſſe poteſt; ideo & ſeparato uno modo & alter eſſe poteſt in re. Atque ad hanc modorum diſtinctionem refertur à quibuſdam illa, quę eſt inter perſonas SS. Trinitatis. Sed de ijs videant Theologi, curemus nos noſtra.

Diſtinctio realis eſt, cujus uterque terminus eſt ens reale; atque hæc etiam eſt eſſentialis. Nam quia unaquæque res habet ſibi ſuam propriam eſſentiam, quæ ſunt diverſæ res, habent quoque diverſam

essentiam. Interim essentialis distinctio ab alijs propriè vocatur, ubi essentiæ non solum sunt diversæ, sed etiam dissimiles: ut, in homine & equo. Vbi verò essentiæ non dissimiles, sed tantum diversæ sunt, distinctio non tam dicitur essentialis, quàm essentiarum. Atque hinc nata est triplex illa distinctio vulgaris, quâ res dicuntur differre aut genere, aut specie, aut numero.

SECT. II.

De distinctionum signis.

EÆ fuere distinctionum species: videamus nunc specierum signa. Hæc in distinctione negativa & positiva, formali non indigent declaratione. Non enim earum alia signa, quàm quæ supra dedimus. Sed quod sit alterius positivæ distinctionis signum difficillimum est explicatu. Id tamen videtur esse statuendum: Quæcumque possunt separari, illa in re distinguuntur. Separari posse idem est, quod posse unum existere non existente alio, sive

hoc fieri possit per potentiam creatam, sive per omnipotentiam increatam. Potest autem illud axioma probari hoc syllogismo. Idem non potest simul esse & non esse, quia implicat contradictionem, sed quæ possunt separari, eorum unum potest esse, & alterum simul non esse: quemadmodum explicatum est: Ergo quæ possunt separari non sunt idem, sed in re distinguuntur. Ex quâ conclusione adhuc aliud axioma deducitur; quæ non distinguuntur, non possunt separari, si, quæ separari possunt, distinguuntur. Negato enim axiomatis connexi consequente negatur & antecedens. Sanè quæ non distinguuntur in re ipsa, illa sunt idem. At idē separari à se ipso contradictionem implicat; sicut dictum est. Sed adhuc quęritur; an hoc signum valeat reciprocè, ut quęcumq; distinguuntur possunt separari? Valere puto: sed cū additâ hac limitatione: si ipsū non esse nō repugnet ijs. Quum enim, quę mutuò possunt separari, possint ambo non esse, & quę non mutuò, eorum alterutrum possit nō esse: sequitur posse non separari, quę nō

possunt

possunt non esse. Sic personæ SS. Trinitatis distinguuntur quidem, sed nequeunt separari, non quia sunt idem; sed quia ipsum non esse repugnet ijs. Sic Deus & creatura distinguuntur realiter; mutuò tamen nequeunt separari: quia τὸ non esse repugnet Deo. Illud autem axioma cum hac limitatione verum esse ita probatur. Omnia Deus potest, quæ non implicant contradictionem. Ergo & separare quæ distinguuntur, si ipsum non esse ijs non repugnet. Ratio est, quia, quæ distinguuntur, separari illud non statuit idem simul esse & non esse: sed distinctorum unum esse, & alterum simul non esse. Non enim distincta sunt idem.

Atque ex hoc axiomate deducitur & illud: quæ non possunt separari, non distinguuntur. Negato enim consequente negatur & antecedens. Forte quis putabit superioris argumenti vim se posse evadere hac viâ: etiamsi non statuatur idem simul esse & non esse, tamen ob unius ab altero separationem duo opposita de eodem prædicari: quæ contradictio quoque est.

Sic enim qui unum corpus in duobus locis ponunt non quidem statuunt idem simul esse & non esse: sed duo contraria coguntur de eodem simul prædicare. Verum hæc via facile redditur invia. Primò, est dispar ratio de corpore, quod in duobus locis ponitur. Ibi enim duo diversa tribuuntur eidem. Atque ita fit, ut duo contraria tribuantur eidem: quia duo contraria attribui possunt diversis hisce locis, qui tribuuntur eidem corpori. At hîc duo diversa dicuntur de duobus in re diversis. Deinde si non statuatur idem esse & non esse ob unius existentiam, & alterius non-existentiam, nec idem statui potest esse hoc & non hoc. Ratio est, quia esse hoc vel illud consequitur ad ipsum esse. Quare si τὰ esse sint diversa, & iam omnia, quæ de ijs dicentur prædicata, erunt diversa, saltem numero. Ergo propter unius esse & alterius non esse, non dabitur simul τὸ esse & τὸ non esse in alterius prædicatis.

Superiore addita limitatione possunt & specialia signa dari distinctionis modalis & realis. Nam quæ distinguuntur modaliter

liter possunt non mutuò tantum separari. Quia enim res habet propriam existentiam, & modus ejus eam non habet: non existente modo res nihilominus potest esse: non vero existente nec modus potest esse. Quæ separatio appellatur vulgò non mutua; quia alterutrum non potest indifferenter esse post separationem. Valet autem & hoc axioma reciprocè. Nam quæ possunt separari, distinguuntur. Si verò nequeunt separari mutuò, haud distinguuntur realiter. Ergo modaliter; quia tertia species non datur.

Quæcunque distinguuntur realiter, possunt mutuò separari: utrumque enim est ens. Quare utrumque potest existere. Quare indifferenter unum sine alio. Neque enim illud magis per hujus existentiam existit, quàm hoc per illius. Idcirco simul quoque possunt separatim esse: quod vulgò vocant esse in diversis subjectis. Cæterum hoc axioma reciprocè non valet: quemadmodum illa priora. Competit enim distinctioni, quæ est inter diversos modos. Quamvis interim ex ijs, quæ de modis

modis explicavimus priore exercitatione, ita possit limitari, ut reciprocè usurpari possit.

EXERCITATIO QVARTA.

DE VNIVERSALI ET SINGVLARI

SECT. I.

Nulla dari universalia.

EXplicatis distinctionum generibus ac signis, pergamus ad vniversalia eorumque naturam, & à singularibus distinctionem indagemus. Neque enim defuerunt hîc, qui nimis entia multiplicantes realem distinctionem inter hæc posuerunt. Causa fuit, quod universalia realiter existere putarint; quod ipsum duæ rationes ijs persuasêre. Præcipua hæc est, universalia, ut homo, corpus, substantia, verè extra animam de rebus existentibus prædicantur. Est enim axioma verum: Plato est homo. At nulla

nulla res existens est illud,quod non existit. Sunt enim hæc contradictoria: ideoque eidem attribui nequeunt. Vniversalia ergo sunt entia realia, quia de realibus individuis affirmantur. Præterea ex hoc dicto: omnis scientia est universalium. Hæc ergo si non forent reale quid, non ipsas sciremus res, sed quæ à ratione confingerentur.

Hæ rationes quum admodum sint speciosæ, refutationi earum nos ita accingamus. Totum illud,quod in re existit,unum numero est, & singulare. Sed mens humana (quod sæpius dictum est) per unum conceptum hoc totum non apprehendit; qua propter pluribus opus habet,quorum unusquisque aliquid rei repræsentet. Et quia unaquæque res habet aliquid simile alteri rei, aliquid ab ea diversum; non est hujus & similitudinis & diversitatis idem conceptus; sed alius repræsentat menti hanc, alius illam. Interim illud simile & illud diversum in re ipsa non distinguuntur: sed illud idem, quod est sub illâ ratione alteri rei simile, est sub aliâ dissimile.

Atque

Atque per diverſos conceptus rem concipit mens diſtinctè: quia habet potentiam conſiderandi unum ſine alio, ſicuti ſupra dicebamus. Ille autem conceptus, qui diverſitatem hujus rei ab aliis repræſentat, individuus dicitur, quia rei eſt proprius, eamque ſignificat ut illis ſingularitatis notis, hoc, hîc, nunc. At alius ille, qui ſimilitudinis eſt, conceptus deſignat quod & in hac & in illâ re, non quidem unum numero, ſed ſibi ſimile: non repræſentatis hiſce tribus, hoc, hîc, nunc. Sunt enim hęc quaſi univerſalis tegumenta quædam, quibus per rationem abſtractis illud, quod remanere intelligitur, univerſale dicimus & pluribus commune. Sic idem conceptus numero (animal) poteſt & de homine & beſtia prædicari: quia & hæc & ille ſentiunt. Sed mens ſub ratione unius apprehendit, quæ in re ſunt tantum ſimilia. Neque tamen ita errat, aut aliter ſtatuit quàm res eſt, quoniam non concipit illa ſub ratione unitatis numericę, ſed ſimilitudinis, quæ dicitur unitas formalis aut eſſentialis: propriè non unitas, ſed identitas. Atque

 hic

hic cōceptus ita abstractus ab ultimis hisce differentijs, hoc, hic, nunc, propriè dicitur universalis. Quare per illum hæ differentiæ non repręsentantur, sed aliquid ab his abstractum. Cęterū quum abstractio duplex sit; una realis, & altera, quæ à ratione nostrâ fit: duplici modo universalis conceptus potest usurpari; vel ut significat aliquid realiter ab ipsis singularitatis notis abstractum, vel ratione nostrâ. Posteriore modo sumitur quando objectum ejus quidem singulare est, & habet differentias hoc, hïc, nunc; sed hæ per ipsum non significantur. Ideoque ratione dicitur abstractum, quia, prout per hunc conceptum significatur, neque includit illas differentias (non enim ita foret omnibus communis) neque excludit: sed conceptus hic illas inconsideratas relinquit. Atque hoc modo universalia; sciuntur, definiuntur, demonstrantur. Et entia sunt realia. Sic quum dico: Plato est homo: per hominem non intelligo aliquid, quod caret Platoneitate (foret enim hoc axioma falsum, quia Plato non est aliquid, quod non habet Platoneitatem) sed per ejus conceptum Platoneitas haud de-

ſignatur. Verum hoc modo non ſunt vniverſalia, ſed ſingularia. Illud enim, quod apprehendo habet ſingularitatē: quamvis nō apprehendam illud, prout illā habeat. Illius autē probatio hoc ſyllogiſmo probari poteſt. Quod verè de individuis affirmatur, neceſſe eſt, ut ſit individuum; quandoquidē falſum eſt aliquid eſſe, quod nō eſt. At univerſalia hoc modo cōſiderata verè de individuis prędicātur; ut; Plato eſt homo. Sunt ergo & ipſa ſingularia. Quodſi vero conceptus uſurpetur priori modo, ſignificabit objectum ab hiſce differentijs realiter abſtractum. Atque hę non tantū in conceptu nō includuntur, ſed etiā ab eo excludūtur. Significatur enim res aliqua; quæ una eadēque exiſtat in omnibus ſuis ſingularibus realiter ijs communicata. Atq; hoc modo propriè conſiderantur ut univerſalia: neq; de individuis dici queunt. Nō enim Plato eſt illud univerſale genus homo. Nos ergo negamus univerſalia hujuſmodi ulla dari, ſed quod idē eſt, aſſerimus, quicquid uſpiā exiſtit, eſſe ſingulare ac unum numero. Prima pro noſtrâ ſententiâ hæc eſt ratio;
 illud

illud reale, quod per universalem conceptum repræsentatur, non est universale, sed singulare. Verè enim de singularibus affirmatur, ut diximus. Quare etiam multiplicatis singularib. multiplicantur, & aliud numero est in hoc individuo, aliud in illo. At universale, quà tale, non multiplicatur, multiplicatis individuis. Alias tot forent universalia, quot singularia. Quæ enim sunt idem, per omnia sunt idem. Quare quæ idem sunt quod singularia, & tot sunt, quot illa. Præterea unumquodque individuum foret totum genus, tota species; quia in se totum universale haberet: quod si conceptus præcisè, quatenus est universale, consideratur, nulli rei competit. Sic enim canis est genus. Lycisca non est genus. Non ergo est canis. At quomodo ens dici potest, cujus conceptus de nullâ re existente potest affirmari? Deinde fac universale existere, necessariò tamen foret singulare, quia unum numero foret. Distingueretur enim à singularibus. Distinctio autem est affectio multitudinis. Multitudo autem non nisi unitatis. Tum

unum universale ab alio distingueretur, homo à bestia, homo ab animali, à substantiâ, ab ente. Forent ergo & universalia numerabilia; & sic unum & unum numero. Præcipuè quum numerus sit omnis entis affectio, si forent entia, numerari possent. Aut ergo unum, aut plura. Si unum, & singulare quoque forent. Si plura, ex entibus componerentur, & sic unum & unum. Denique si universalia uspiam essent, aut in singularibus existerent, aut extra ea. Non extra singularia, ubi enim, aut quid forent? Aut unde scires ea esse? Aut quomodo verè affirmarentur de singularibus, si non forent ibi, ubi illa? Si in singularibus, aut idem cum ijs forent, aut ab ijs distincta. Non illud, quia sic forent singularia. Quæ enim sunt idem, de ijs & eadem prædicantur. Nec possunt esse distincta; quia distinctio est affectio multitudinis, & hæc constat ex unitatibus. Quod si distinguerentur, separari quoque possent. Plato igitur posset esse Plato, ut tamen neque homo foret, neque animal, neque ens.

 At

At hæc contradictionē implicant. Quodsi his nondū movearis, pergā ita. Aut unum foret in omnibus singularibus, aut his multiplicatis multiplicaretur. Hoc posterius à nobis abundè jam ante refutatum est. Si eligas prius, quæso, quo fieri poterit modo, ut unum ens sit in diversis locis, in diversis entibus, in Alexandro, & Bucephalo; in Cæsare & Pompejo. Adhæc intereunte bruto anima ejus in nihilum redigitur. Ergo & substantia & ens, quæ erant illius animæ. Attamen alibi manent, quia alia manent. Idem ergo si in omnibus foret, idē simul hîc periret, & illic maneret, ac duo contradictoria eidē simul attribui possent.

SECT. II.

De individuationis Principio.

EX his ita demonstratis facile colligi potest, frustra quæri tam anxiè individuationis principium. Si enim nulla dentur universalia, nihil erit quoque quod illa contrahat ad singularitatem. Quare omnia

omnia ex se ipsis, & per se ipsa individua sunt: non per aliquid à se distinctum. Id quod paucis ita demonstramus. Per quod res est id, quod est, per id singularis est; quia id, quod est, singulare est, non universale. Deinde per quod res est id, quod est, per illud non est id, quod aliud est. Per illud ergo distinguitur, quia distingui nihil est aliud, quàm non esse id, quod sunt alia. Rursum per quod non est id, quod aliud est, per illud est id, quod est: hoc enim posterius sèper est caussa prioris. Ita namque Cicero non est Cæsar: quia Cicero est hoc, hîc, nunc; Cæsar illud, ibi, tunc. Illud idem quoque probatur ex hoc axiomate. Omnis affirmatio est caussa negationis. Manifestissimè autem hinc: per quod res habet aliam essentiam, quàm alia res, per illud habet suam essentiam: quia non est alia essentia præter illam, quæ non sit quoque alia ab illa. Ita declarata sunt hæc duo aixómata: per quod res constituitur, per illud distinguitur, & per quod distinguitur, per illud constituitur.

Nunc ita: per quod res constituitur, per

quod distinguitur, per illud fit individua, & illud est individuationis principium., & forma rei. Sed nihil distinguitur, nihil quoque constituitur per aliquid à se distinctum.; quæ singula nobis probanda sunt, ut constet de conclusionis veritate.. Per quod res distinguitur ab omnibus alijs rebus, id à re nequit esse distinctum: quia omne distinctum est alia res, quàm ea, à quâ distinguitur. At quod ab omni alio distinguitur, illud non potest esse aliud; nisi idem foret per quod & à quo distingueretur. Verum sic idem à se ipso distingueretur.: quia id, quod distinguit aliud est, quàm illud, à quo distinguitur. Deinde si illud à re foret distinctum, res quoque ab eo per aliquid distingueretur. Hoc autem rursum à re distingueretur, aut idem foret cum ea. Si prius statuatur, dabitur in infinitum progressus. Si posterius, confitendum erit, rem per se ipsam ab eo distingui, per quod ab alijs distinguitur. Quodsi ergo res per se ipsam ab hoc distinguatur, quid ni & per se ipsam ab omnibus alijs? Atque hinc infertur quoque

que

que non constitui per aliquid à se distinctum. Per quod enim distinguitur, per illud constituitur. Ergo per quod non distinguitur per illud non constituitur. At nihil distiugni per aliquid à se distinctũ jã probatum est. Tum hæc constitutio non fit alio modo, quàm communicando suam entitatem ipsi constituto. Id ergo quod constituit idem esse debet cum constituto.

EXERCITATIO QVINTA. DE ACCIDENTE.

Sect. I.

Accidens non posse producere substantiam.

His ita de ente in genere disputatis pergamus ad ejus species. Eæ vulgo recensentur duæ, substantia & accidens. De hoc agendum est prius, ut tantò clarius posteà de illâ disseramus. Quæritur de accidente in genere; an ullius substantiæ possit esse caussa? Nos pro negante parte

stamus;

produci rem ſtatuitur? Imò manebit verum: ſubſtantiam non fieri ab accidente, ſi vis hæc accidens non ſit. Si verò ſit, quero iterum: unde hoc accidens vim iſtam habeat? Atque ita in infinitum progrediemur. Sed adhuc magis urgebo idem. Subſtantia creata poteſt efficere aliam ſubſtantiam abſque inſtrumento accidente. Non enim ſolitariè agere eſt ſupra ejus perfectionem, quia competit accidenti; nec infra eam; quia Deus multa ſolus facit. Agit ergo ſine illo; quia naturaliter efficit aliam ſubſtantiam, & à naturâ nihil fit fruſtra. At per plura fruſtra fit, quod æque fieri poteſt per pauciora. At hæc ſubſtantia ipſa præſtare poteſt, quod præſtat accidens. Etenim ſi accidens agit in virtute illius, & ab illa hanc mutuetur, multò magis illa hanc habebit potentiam. Quodſi per ſe ſolam non poſſet producere ſubſtantiam, foret aliquid in productâ, quod non in producente. Id fieri nequit. Si enim ſit cauſſa univoca, habebit omnia formaliter; ſi æquivoca, eminenter. Has enim phraſes retinere me cogit ſtudium brevi-

brevitati. Atque hinc infertur: fieri non posse ab instrumento accidente. Est enim naturalis actio substantiæ, productio. At omne naturale agens, quando omnia adsunt requisita, agit tantum, quantum potest. Quodsi ergo agere possit absque instrumento, necessariò quoque aget absque eo. Videamus nunc porrò, quę contra afferantur. Non decere, ajunt, substantiam, ut agat sine accidente, quum non sit sine illo. Sed hinc non infertur substantiam requirere accidens ad omnem actionem, sed ad certam quàm sine ipso nequit præstare. Sed illi rursum; quia substantia non est sine accidente, nec fieri, nisi ab accidente; quoniam ita se res habet ad fieri, sicut ad esse. Verum hinc ita concluditur: Ergo fieri non posse sine eo; non ab eo. Id quod nos concedimus, qui accidentia in productâ substantiâ fieri putamus ab accidentibus productis. Adhæc ajunt illi, omnem substantiam agere per potentiam; quæ est accidens; sed hoc in sequentibus abundè refutabitur. Formas animalium, quas ex putri oriri credimus ab accidente

scilicet

ſtamus; quamvis ad quarundam ſubſtanſtantiarum productionem requiri accidentia concedamus.

Verum non ut ad illarum productionem concurrant effectivè; ſed tantum ut materiam diſponant ad recipiendam ſubſtantiam illam. Neque enim in ſemine canino producitur anima, niſi ſemen prius det occaſionem ad producendum, quoniam aptum eſt ad recipiendũ. Aptum autem eſt, quando habet qualitates ad unionem cum animâ neceſſarias. Ita ergo materiam ab accidentibus diſponi fatemur: at nequaquam ſubſtantiam produci. Totum enim illud, quod eſt in ſubſtantiâ, eſt ſubſtantiale; totum quod in accidente, accidentale, quia quicquid exiſtit eſt particulare. Accidens autem eſt vilius & imperfectius ens, quàm ſubſtantia, aut aliquid ſubſtantiale. Quare nec ſubſtantia, nec aliquid ſubſtantiale produci poteſt ab accidente. Sunt enim hæc axiomata indubitatę veritatis; omnis cauſa eſt nobilior ſuo effecto: nihil poteſt agere ultra vires: nihil dat, quod non habet aut eminenter, aut formaliter. Solet huic vulgò

gò responderi; accidens in medio productum posse vincere resistentiam passi per influentiam caussæ principalis, quam non posset vincere in virtute propriâ. Ideoque vim quandam à caussa principali addi accidenti. At si quæras, quid hæc sit vis, non habent, quod respõdeant. Alij quasi speciē quandam intentionalem substantiæ ab hoc accidente inditā. alij nõ ita transitivè, quasi ab agente principali transeat in accidens, sed intransitivè (ut nugantur suo more) sumi volunt. Vt ita accidēs agat per illā vim, quā in se habet actu: substantia utatur hac vi, eamque elevet, adjuvetq; & quod ea pręstare nequeat, ipsa præstet. Hæ vulgares responsiones vox sunt, & preterea nihil. Non enim satisfaciunt, si penitus res introspiciatur ita. Accidens suâ propriâ virtute nihil substantiale potest producere. Ergo si producat, vim hanc habeat sibi inditā necesse est, quum producat, & quidē ab aliquo. Vis hęc non est idē, quod accidens, quia nõ aderat, antequā addebatur. Est ergo distincta: & quidē substantia vel accidens. Si substantia, cur nõ potius ab ipso agente substātiale

producí

ſtamus; quamvis ad quarundam ſubſtanſtantiarum productionem requiri accidentia concedamus.

Verum non ut ad illarum productionem concurrant effectivè; ſed tantum ut materiam diſponant ad recipiendam ſubſtantiam illam. Neque enim in ſemine canino producitur anima, niſi ſemen prius det occaſionem ad producendum, quoniam aptum eſt ad recipiendũ. Aptum autem eſt, quando habet qualitates ad unionem cum animâ neceſſarias. Ita ergo materiam ab accidentibus diſponi fatemur: at nequaquam ſubſtantiam produci. Totum enim illud, quod eſt in ſubſtantiâ, eſt ſubſtantiale; totum quod in accidente, accidentale, quia quicquid exiſtit eſt particulare. Accidens autem eſt vilius & imperfectius ens, quàm ſubſtantia, aut aliquid ſubſtantiale. Quare nec ſubſtantia, nec aliquid ſubſtantiale produci poteſt ab accidente. Sunt enim hæc axiomata indubitatę veritatis; omnis cauſa eſt nobilior ſuo effecto: nihil poteſt agere ultra vires: nihil dat, quod non habet aut eminenter, aut formaliter. Solet huic vulgò

gò responderi; accidens in medio productum posse vincere resistentiam passi per influentiam caussæ principalis, quam non posset vincere in virtute propriâ. Ideoque vim quandam à caussa principali addi accidenti. At si quæras, quid hæc sit vis, non habent, quod respõdeant. Alij quasi speciẽ quandam intentionalem substantiæ ab hoc accidente inditã. alij nõ ita transitivè, quasi ab agente principali transeat in accidens, sed intransitivè (ut nugantur suo more) sumi volunt. Vt ita accidẽs agat per illã vim, quã in se habet actu: substantia utatur hac vi, eamque elevet, adjuvetq; & quod ea pręstare nequeat, ipsa præstet. Hæ vulgares responsiones vox sunt, & pręterea nihil. Non enim satisfaciunt, si penitus res introspiciatur ita. Accidens suâ propriâ virtute nihil substantiale potest producere. Ergo si producat, vim hanc habeat sibi inditã necesse est, quum producat, & quidẽ ab aliquo. Vis hęc non est idẽ, quod accidens, quia nõ aderat, antequã addebatur. Est ergo distincta: & quidẽ substantia vel accidens. Si substantia, cur nõ potius ab ipso agente substãtiale

producì

ſtamus; quamvis ad quarundam ſubſtanſtantiarum productionem requiri accidentia concedamus.

Verum non ut ad illarum productionem concurrant effectivè; ſed tantum ut materiam diſponant ad recipiendam ſubſtantiam illam. Neque enim in ſemine canino producitur anima, niſi ſemen prius det occaſionem ad producendum, quoniam aptum eſt ad recipiendũ. Aptum autem eſt, quando habet qualitates ad unionem cum animâ neceſſarias. Ita ergo materiam ab accidentibus diſponi fatemur: at nequaquam ſubſtantíam produci. Totum enim illud, quod eſt in ſubſtantiâ, eſt ſubſtantiale; totum quod in accidente, accidentale, quia quicquid exiſtit eſt particulare. Accidens autem eſt vilius & imperfectius ens, quàm ſubſtantia, aut aliquid ſubſtantiale. Quare nec ſubſtantia, nec aliquid ſubſtantiale produci poteſt ab accidente. Sunt enim hæc axiomata indubitatę veritatis; omnis cauſa eſt nobilior ſuo effecto: nihil poteſt agere ultra vires: nihil dat, quod non habet aut eminenter, aut formaliter. Solet huic vulgò

gò responderi, accidens in medio productum posse vincere resistentiam passi per influentiam caussæ principalis, quam non posset vincere in virtute propriâ. Ideoque vim quandam à caussa principali addi accidenti. At si quæras, quid hæc sit vis, non habent, quod respõdeant. Alij quasi speciẽ quandam intentionalem substantiæ ab hoc accidente inditã. alij nõ ita transitivè, quasi ab agente principali transeat in accidens, sed intransitivè (ut nugantur suo more) sumi volunt. Vt ita accidẽs agat per illã vim, quã in se habet actu: substantia utatur hac vi, eamque elevet, adjuvetq; & quod ea pręstare nequeat, ipsa præstet. Hæ vulgares responsiones vox sunt, & pręterea nihil. Non enim satisfaciunt, si penitus res introspiciatur ita. Accidens suâ propriâ virtute nihil substantiale potest producere. Ergo si producat, vim hanc habeat sibi inditã necesse est, quum producat, & quidẽ ab aliquo. Vis hęc non est idẽ, quod accidens, quia nõ aderat, antequã addebatur. Est ergo distincta: & quidẽ substantia vel accidens. Si substantia, cur nõ potius ab ipso agente substãtiale

produci

ſtamus; quamvis ad quarundam ſubſtanſtantiarum productionem requiri accidentia concedamus.

Verum non ut ad illarum productionem concurrant effectivè; ſed tantum ut materiam diſponant ad recipiendam ſubſtantiam illam. Neque enim in ſemine canino producitur anima, niſi ſemen prius det occaſionem ad producendum, quoniam aptum eſt ad recipiendũ. Aptum autem eſt, quando habet qualitates ad unionem cum animâ neceſſarias. Ita ergo materiam ab accidentibus diſponi fatemur: at nequaquam ſubſtantiam produci. Totum enim illud, quod eſt in ſubſtantiâ, eſt ſubſtantiale; totum quod in accidente, accidentale, quia quicquid exiſtit eſt particulare. Accidens autem eſt vilius & imperfectius ens, quàm ſubſtantia, aut aliquid ſubſtantiale. Quare nec ſubſtantia, nec aliquid ſubſtantiale produci poteſt ab accidente. Sunt enim hæc axiomata indubitatę veritatis; omnis cauſa eſt nobilior ſuo effecto: nihil poteſt agere ultra vires: nihil dat, quod non habet aut eminenter, aut formaliter. Solet huic vul-

gò

gò responderi; accidens in medio productum posse vincere resistentiam passi per influentiam caussæ principalis, quam non posset vincere in virtute propriâ. Ideoque vim quandam à caussa principali addi accidenti. At si quæras, quid hæc sit vis, non habent, quod respõdeant. Alij quasi speciẽ quandam intentionalem substantiæ ab hoc accidente inditã. alij nõ ita transitivè, quasi ab agente principali transeat in accidens, sed intransitivè (ut nugantur suo more) sumi volunt. Vt ita accidẽs agat per illã vim, quã in se habet actu: substantia utatur hac vi, eamque elevet, adjuvetq; & quod ea pręstare nequeat, ipsa præstet. Hæ vulgares responsiones vox sunt, & pręterea nihil. Non enim satisfaciunt, si penitus res introspiciatur ita. Accidens suâ propriâ virtute nihil substantiale potest producere. Ergo si producat, vim hanc habeat sibi inditã necesse est, quum producat, & quidẽ ab aliquo. Vis hęc non est idẽ, quod accidens, quia nõ aderat, antequã addebatur. Est ergo distincta: & quidẽ substantia vel accidens. Si substantia, cur nõ potius ab ipso agente substãtiale

producì

produci rem ſtatuitur? Imò manebit verum: ſubſtantiam non fieri ab accidente, ſi vis hæc accidens non ſit. Si verò ſit, quæro iterum: unde hoc accidens vim iſtam habeat? Atque ita in infinitum progrediemur. Sed adhuc magis urgebo idem. Subſtantia creata poteſt efficere aliam ſubſtantiam abſque inſtrumento accidente. Non enim ſolitariè agere eſt ſupra ejus perfectionem, quia competit accidenti; nec infra eam; quia Deus multa ſolus facit. Agit ergo ſine illo; quia naturaliter efficit aliam ſubſtantiam, & à naturâ nihil fit fruſtra. At per plura fruſtra fit, quod æque fieri poteſt per pauciora. At hæc ſubſtantia ipſa præſtare poteſt, quod præſtat accidens. Etenim ſi accidens agit in virtute illius, & ab illa hanc mutuetur, multò magis illa hanc habebit potentiam. Quodſi per ſe ſolam non poſſet producere ſubſtantiam, foret aliquid in productâ, quod non in producente. Id fieri nequit. Si enim ſit cauſſa univoca, habebit omnia formaliter; ſi æquivoca, eminenter. Has enim phraſes retinere me cogit ſtudium

brevitati. Atque hinc infertur: fieri non posse ab instrumento accidente. Est enim naturalis actio substantiæ, productio. At omne naturale agens, quando omnia adsunt requisita, agit tantum, quantum potest. Quod si ergo agere possit absque instrumento, necessariò quoque aget absque eo. Videamus nunc porrò, quę contra afferantur. Non decere, ajunt, substantiam, ut agat sine accidente, quum non sit sine illo. Sed hinc non infertur substantiam requirere accidens ad omnem actionem, sed ad certam quàm sine ipso nequit præstare. Sed illi rursum; quia substantia non est sine accidente, nec fieri, nisi ab accidente; quoniam ita se res habet ad fieri, sicut ad esse. Verum hinc ita concluditur: Ergo fieri non posse sine eo; non ab eo. Id quod nos concedimus, qui accidentia in productâ substantiâ fieri putamus ab accidentibus productis. Adhæc ajunt illi, omnem substantiam agere per potentiam; quæ est accidens; sed hoc in sequentibus abundè refutabitur. Formas animalium, quas ex putri oriri credimus ab accidente scilicet

ſcilicet calore fieri putant; ſed nos à Deo creari. Simili modo formas metallorum à calore ſubterraneo effici volunt; ſed eas nō agnoſcimus. Quare hinc apparet; & ſubſtantiam fieri non poſſe ab accidente, & tamen non dici, quod agens aliquid efficiat in diſtanti.

SECT. II.

Accidens an poſsit migrare de ſubjecto in ſubjectum.

NON conſtituimus, quęcunque de accidente vulgò circunferuntur maximæ, eas hîc omnes examinare: ſed has duas tantum, quarum aliquis uſus videtur eſſe poſſe in ſequentibus. An accidēs poſſit eſſe cauſſa ſubſtantiæ, jam diſcuſſum eſt: an poſſit migrare de ſubjecto in ſubjectum, id diſcutiendum. Negant vulgò. Negationis rationem non afferunt. Sanè ſi hoc verum foret, veniret inde, quod accidens ita dependeret à ſuo ſubjecto, ut ſine eo eſſe nullo modo poſſet. Id quod non videntur diffiteri, quia ajunt:

ajunt: accidens nō habere aliud eſſe,quàm ineſſe. Quod tamen de reali accidente dici nequit: quia modis proprium eſt. Habet enim omne ens reale ſuam propriam eſſentiam & exiſtentiam; cui ineſſe alteri accidit, non per ſe competit. Nos ſuo loco demonſtravimus: quæ ſunt diverſa entia realia, ea mutuò poſſe ſeparari,quia ipſum reſiſtere non repugnat ijs, quia ſunt entia, & ſeparatim exiſtere, quia ſunt diſtincta entia.

Quod ſi unius, ab alio ſit quædam dependentia, & eſt illa planè extrinſeca, & à Deo poteſt ſuppleri. Quare quod eſt reale accidens, videtur extra omne ſubjectum per divinam omnipotentiam poſſe exiſtere, & migrare de ſubjecto in ſubjectum. Quin,& extitiſſe, videtur deduci ex hiſtoriâ creationis.[a] Dicitur namq; lucē eſſe conditam.Hęc erat accidens,non aliqua ſubſtantia lucida. Appellavit enim lucem Deus diē,tenebras noctem.At dies non eſt ſubſtantia aliqua lucida,ſed lumen productum,quod eſt accidens. Lux hęc in nullo erat ſubjecto. Quodnā quæſo fuiſſet illud? An

An aër? Sed ille die secundo demùm producebatur. An terra? Sed hæc est corpus opacum. An aqua: Sed hæc erat terræ permixta. Taceo, quod aqua illuminata dies vocari nequeat. At cælum primo die conditum? Sed illud est empyreum. In eo verò non fuit hæc lux, quia in eo non fuit dies, non fuit nox. Lux vero dies vocabatur. Fuit ergo accidens extra subjectum. Quodsi potest esse extra subjectum, potest quoque migrare de subjecto in non subjectum: ergo quoque de subjecto in subjectum. Quin & hoc modo migrare nonnunquam, videtur statuendum. Calor an non à sole venit ad nos? An non & lumen? An non & species visibiles ad oculos nostros à re visâ? Nisi forte quis velit produci à proximi subjecti accidente. Cæterum illa accidentia, quę sunt entium modi, habere aliud esse, quàm inesse, aut migrare posse de subjecto in subjectum non affirmo: imò planè nego. Quum enim modus non habeat existentiam propriam, sed subjecti sui, cujus est, non potest existere in diversis subjectis. Habereut enim

sub-

ſubjecta illa diverſa exiſtentiam unam, ſi unum modum. Ita autem daretur contradictio hæc: habere diverſam eſſentiam, quia diverſa entia, & eandem, quia haberent eandem exiſtentiam.

EXERCITATIO SEXTA.

DE QVANTITATE.

INter ſpecies accidentium primus locus tribui ſolet quantitati. An jure, videamus. Sanè ſi entia ſunt res, quæ erunt diverſa entia, erunt diverſæ res. At ſubſtantia & accidens ſunt diverſæ entis ſpecies. Quare reale accidens à ſubſtantiâ quoque realiter diſtinguitur, & realia accidentia à ſe invicem. Quantitas verò nobis idem eſt cum ſubſtantia, nec differt, niſi ſolâ ratione noſtrâ. Illud hunc ad modum probamus. Quantitas eſt diſcreta vel continua. Neutra diſtinguitur à ſubſtantiâ ſubjectâ. Quantitas diſcreta eſt numerus. Hic aut eſt unitas, aut ex unitatibus componitur. Vnitas eſt affectio entis; ſicut

diximus. Quare inter illam & entitatem nulla intercedit distinctio. Quare nec reliquus numerus distinguitur à suis subjectis. Est enim hic nihil aliud, quàm hæc & illa unitas. Tum hæc unitas æquè potest esse secunda, ac tertia, ac septima. Totum ergo hoc dependet à ratione nostrâ. Quare in re nihil realiter distinctum ponit. Si poneret, separari posset. At nequit. Positis enim tribus entibus implicat contradictionem ea manere ibidem, & distincta à se invicem, ac non dari ternarium numerum. Et quo quæso modo numerus potest esse reale accidens, quum non sit in subjecto reali, sed in multis subjectis non compositis, non unitis, sed distantibus? Omne accidens, quod est ens per se unum, est quoque in subjecto per se uno. Atque idem de continuâ quantitate statuendum est. Quemadmodum totum hoc, quod videmus, non est unum quid reale, sed quod est, hoc sunt atomi; ita nulla est realis quantitas in illo toto, præter illam: quæ est atomorum. Non enim accidens reale

est,

est nisi in reali subjecto. Et sicut unitas non est distincta ab eo, quod est unum; ita nec quantitas atomi à suo atomo. Et quemadmodum numerus nihil addit supra unitates; ita nec quantitas totius aggregati quicquam addit reale supra quantitatem atomorum. Quapropter totum illud corpus non augetur, neque minuitur, nisi propter additionem aut ablationem atomorum: quemadmodum augetur vel minuitur numerus ob additas vel demtas unitates. Quodsi varia appareat unius corporis figura, id non evincit quantitatem à corpore distingui, quæ eadem nihilominus manet; sed figuram; quæ est modus quidam quantitatis. Similiter quia anima per totum corpus diffusa, nunc in minore, nunc in majore est corpore, & ipsa vel minor vel major: videtur spirituum quantitas, eorum esse modus, modalìter ab ijs distinctus. Corpus verò aggregatũ non differre à suâ quantitate probatur, quia nequeunt separari. Illud enim existere sine hac implicat contradictionem. Foret enim quantum & tamẽ careret omni quantitate. Careret hac, quia ab eo sublata foret.

Quantum adhuc foret; quia adhuc foret divisibile. Haberet enim partes. Nam quod per quantitatem non confertur, per illam non aufertur. Partes per quantitatem non conferuntur sed per se eas habet corpus, quia per se habet esse aggregatum ex atomis. At omne divisibile est quantum: quod tamen non valet reciprocè. Ita apparet corpus non posse esse sine quantitate: Hanc rursum non posse esse sine illo æquè verum est. Distinguerentur enim ita modaliter, & quantitas foret ens, corpus verò modus ejus. Id quod absurdissimum est; quandoquidem corpus est substantia. Huic argumento nonnulli respondent, corpus aut esse totum in uno indivisibili puncto, aut remanere quidem in toto spatio, & esse in singulis punctis totum: idemque retinere quidem partem & partem, sed non partem extra partem. Hi rediguntur ad hæc absurda; unum corpus penetrare aliud, unum corpus esse in duobus locis. Si enim omnes corporis partes forent in uno indivisibili puncto, se invicem penetrarent, & in uno forent loco.

Verum

Verum ſicut unum corpus nequit eſſe in duobus locis; ita nec duo corpora in uno loco. Si totum corpus foret in ſingulis punctis totum, omnes partes forent in ſingulis punctis; & ſic ſe invicem penetrarent. Vnum item corpus foret in pluribus locis; quia una pars in omnibus ſpatij partibus. Alij ſunt, qui quidem ſtatuunt corpus illud fore quidem entitativè extenſum, ſed non quantitativè, parteſque fore unitas per entitatem, ſed non per ſuperficiem. Verum hi diſtinguunt has extenſiones; quum tamen ſit una tantum. Deinde ſi totum corpus adhuc idem replet ſpatium, neceſſariò quantum eſt, quia illud ſpatium quantum. Denique quum una pars contingat alteram, & non per illud, quod in medio eſt, utique per ſuam extremitatem. Habet ergo adhuc ſuperficiem, quia habet extimam partem. At ſuperficies eſt quantitas. Quodſi hiſce rationibus non ſunt contenti, adigamus illos ad probationem hujus dogmatis.

Non enim entia ſunt multiplicanda abſque neceſſitate. Quare nec hîc diſtinctio

ponenda est, si nullis rationibus cogantur. Quodsi quæ sint, dentur illæ. Nam quas nos huc usque vidimus non indigent prolixâ refutatione; sed ex ijs, quæ de reliquis prædicamentis dicemus, vel à tyrone poterunt refutari.

EXERCITATIO SEPTIMA.

DE QVALITATE.

SECT. I.

De potentijs, & proprietatibus.

SIcut diximus quantitatem non differre à corpore quanto, ita porro dicimus nullas potentias, immò nullas proprietates distingui ab essentia rei. Et quamvis in definitione haud ponantur, non tamen inde infertur, quod in re distinguantur: sed hoc tantum, quod solâ ratione nostrâ, ac modo concipiendi differant. Atque hæc nostra sententia pluribus nititur argumentis: quorum tamen

men hoc est præcipuum. Entia non sunt multiplicanda absque necessitate. Quare si nulla sit ratio, quâ asseratur proprietates esse accidentia, & à subjectis distingui, nec hoc asserendum. Videamus ergo paucis, quid contra nos proferant. Si idem omnes essent cum subjecto, idem quoque inter se essent. Non ergo tot ederent distinctas operationes; quia ab uno, quatenus unum, non nisi unum. Cæterum hoc argumentum nullius est momenti. Tam enim universale est, ut æquè in Deo ponat distinctionem potentiarum, ac in creaturis. Quàm enim varia & multiplicia sunt opera Dei? Concedimus quidem esse inter se idem, si rem spectes. At si modum concipiendi nostrum, inter se differunt potentiæ. Neque tantum in creaturis, sed in ipso quoque Deo. Quare falsum est, ab uno non nisi unũ: quandoquidem ab uno omnia. Probatio tamen illius videtur afferri posse hæc: plures diversæ operationes ob uno provenire nequeunt, nisi agens per aliquod accidens ad illas determinetur, quod est potentia.

Alias enim ad omnes maneret indifferens. Verum adhuc benè se res habet. Agens liberum per liberam voluntatem suam se ipsum determinat pro libito. Agens necessarium per suam entitatem determinatum est ad suas actiones. Quare positis omnibus requisitis non potest non agere. Sed habent adhuc alias rationes. Anima nostra ex parte immortalis esset, ex parte mortalis ob mortales potentias brutas, quæ auferuntur per mortem. Sed huic solita paratur responsio, potentias non auferri, sed earum actiones à membris corporeis dependentes impediri ob defectum organorum. Præcipuè hoc urgeri potest: in multis herbis, alijsque mixtis vires intendi aut remitti, nonnunquam totas perire: multa data esse miracula, quibus proprietates à subjectis avellebantur: differre ergo à substantijs, quia separari possunt. Verum quum in multis herbis & oleis mixtis hæ vires proveniant à qualitatibus, & temperamento, non mirum, si ad horum intensionem, aut remissionem intendantur aut remittantur; quia idem cum suis hisce

caussis

caussis sunt, non cum substantia, cujus non sunt vires. At ubi ipsius non substantiæ, ibi nunquam intenduntur, remittuntur, aut tolluntur: sed nonnunquam impediuntur ab aliquo, quominus exerceant suas operationes. Atque hoc idem ad quęlibet miracula potest responderi: affectum remansisse, sed ejus effectum ab extrinseco aliquo impedimento fuisse impeditum. Possent hac de re multa subtiliter disputari adversus perversæ quosdam Philosophiæ studiosos: sed quia ab alijs hæc quæstio satis ventilata est, parcamus nos illi labori, & pergamus in argumentis nostris. Vnum, verum, bonum, sunt entis proprietates, & ab ipso non distinctæ. Quis ergo dicet in reliquis inveniri hanc à suis subjectis distinctionem, quum sit par utrobique ratio? Eas autem ab ente non distingui hinc colligitur. In Deo nulla distinctio. At ens est comnune Deo & creaturis, omnesque entis proprietates: nihil in se habent, quod non sit in utraque specie.

Si ergo proprietates hæ ab ente distinguerentur, & in Deo forent, ibi quoque

distinguerentur: aut creaturæ hanc distinctionem haberent ex peculiari ratione. Habere non possunt; quia hæ proprietates ijs competunt, ex quo sunt ens; non ex quo hoc ens. Potest illud idem de potentijs in specie firmiter adhuc alijs argumentis comprobari. Quando una substantia producit aliam (demus enim producere) necessariò habet potentiam, quâ producat. Hæc non potest esse accidens: quia jam demonstratum est, accidens nec caussam instrumentalem, nec principalem esse posse in productione substantiæ: Est ergo vis illa substantia; & quidem illa eadem, cujus est vis; quandoquidem immota lex est: entia non esse multiplicanda absque necessitare. Quodsi ergo substantia sine ullâ intercedente mediâ potentiâ producere potest aliam substantiam, quidni & quidvis agere? Quod ex alio indicio videtur probari. Calor quia calefacit, & habet potentiam, quâ calefaciat. Hæc non est ab ipso distinctum accidens. Alias daretur qualitas existens in qualitate. Sed ipse per se ipsum calefacit, non per aliquid

quid à se distinctum. Cur ergo non posset substantia per se ipsam suas exercere actiones, sed accidens requireret, per quod ageret? Neque enim hic agendi modus est supra ejus perfectionem; quia etiam competit calori; neque est infra eum; quia competit Deo, in quo ipsum posse non differt ab ejus esse. Denique potentia est activa vel passiva; neutra distincta est. Nam activam per resultantiã à suâ fieri substantiâ, ajunt ejus patroni. Fieri non potest, nisi vera intercedat actio. Quæro ergo an substantia hanc producat per aliam potentiã, quę sit accidens, an per se ipsã? Si prius dicatur, idem quæram de illâ aliâ potentiâ, & in infinitũ usque perges. Si posterius, quæso, cur non & alia per se ipsam poterit efficere, ac hanc potentiã? Atque idẽ statuendũ est de potentiâ receptivâ. Neque enim objectiva est hujus loci. Si substantia nihil potest recipere nisi per potentiam, quæ sit accidens, quæso per quod recipit hanc potentiam? Per se ipsam, aut per aliam? Si hoc, in infinitum procedes. Si illud quæram, cur non & alia quælibet potest recipe-

recipere absque mediâ potentiâ receptivâ, quæ sit qualitas? Possent plura ad idem probandum adferri: sed hæc sufficere puto. Satis enim liquet potentiam qualitatis speciebus annumerari non posse. Multò minus potest adhuc impotentia. Est enim hęc potentię tantum negatio; quamvis rei, cujus est, per aliquid positivum competere non negem. Quodsi per impotentiam intelligant potentiam quandam imbecillem, & diminutam, sicut nonnulli interpretantur, idem de illâ sentiendum est, quod de potentijs diximus. Est enim potentia diminuta, quoque potentia. Annumerant vulgò qualitatibus & habitum & dispositionem. De quo hîc disputari posset. Sed hæc quæstio propriè pertinet ad doctrinam de animâ rationali. Vbi multa ardua tam de hisce habitibus, quàm de speciebus intelligibilibus possunt quęri. Nam dari hosce habitus videtur experientiâ notum, eosque distinctos à potentijs. Separari enim ab ijs possunt; quoniam naturâ insiti non sunt, sed in tempore crebris actionibus acquiruntur.

Neque

Neque sunt in quolibet agente, sed tantum in libero. Nam quod necessariò agit, hoc positis omnibus requisitis tantum agit, quantum potest. Quare non potest ab habitu facilius in agendo reddi, aut ad actionem magis promtum. Quia ita agere ei competit per naturam. At natura rei ab habitu mutari nequit. Deinde naturale agens ad unum tantum est determinatum. Non ergo potest per habitum ad hoc magis determinari, quàm ad illud. Sed liberum agens potest tantum habitum acquirere sibi. Neque tamen per habitum habet posse illud agere, quum hoc habeat per suam potentiam. Sed ab habitu habet, posse hoc agere facilius. Quare potentia magis ab habitu determinatur. Neque tamen habitus datur in omnibus potentijs liberi agentis, sed tantum in potentijs imperantibus, uti vocant, seu intellectu & voluntate. Quodsi in reliquis, nempe imperatis habitus quasi quidam appareat, ut in digitis cytharædi, id fit ratione facultatum imperantium has actiones; quæ omnia dependent ex cognitione intellectus & voluntа-

luntatis, quid sint, quid eorum actiones, quomodo illas edant, & quid hi habitus cum illis, ens ne, an modus entis?

SECT. II.

De speciebus visibilibus, calore & frigore.

IIs ita de proprijs qualitatibus disputatis, videamus reliquas. Quid species sint visibiles inquirendum est. Tam enim earum natura intellectui est ignota, quam eæ sensibus notæ. Peripateticis tamen & hîc, sicut & alibi, facilis expeditio. Qualitates ajunt esse spiritales, & corporis esse objectivum, quod habet in speculo, vel simili corpori. Nobis hoc non est satis: qui quęrimus porrò, quid qualitas spiritalis, aut quomodo corpus objectivè possit esse in speculo? Nam hæ videntur contradictionem quandam implicare, corporis dari qualitatem spiritalem, & rem extra speculum existentem esse in speculo. Sanè quod video, ens esse necesse est, & ibi, ubi video. Quare hę species habent suam quoque entitatem,

titatem, quandoquidẽ videntur exiſtere in ſpeculo. Ea entitas diſtincta eſt à corpore, quia ab eo poteſt ſeparari. Sunt quoque in diverſis ſubjectis corpus & ejus ſpecies. Quare idem eſſe non poſſunt. Fiunt autẽ hę ſpecies à corporibus & quidem in momento: ſed quomodo fiant, id nos latet. An per efluxũ è corpore egrediantur, an alio modo producantur; ambiguum. Nulla ſanè apparet corporum actio in has ſpecies. Et tamẽ eas à corpore gigni probat experientia, & ab omnib. omninò corporibus. Exiſtunt quoq; in corporibus; quamvis extra ea eſſe poſſe non videtur implicare contradictionem. Corpora diaphana permeant non opaca. Propterea corpora non ſunt, quia corpus nequit penetrare corpus. Sed ſunt quaſi imago quædam corporis. Repręſentant enim figuram ejus, colorem, numerum, motum, aut quietem, & diſtantiam. Vbi illud mirandum; diſtantiã poſſe repræſentare, ubi ipſæ non diſtant. Sed non tantum à corporibus fieri, verũ quoque à ſpiritibus effici exiſtimandum eſt. Neque enim putandũ eſt aliâ ratione oculos hominum faſcinari

fascinari à diabolo, quam si ijs objiciantur species inanes, quarum corpora non adsunt. Falli hoc modo & potest tactus: nam sicut per visibiles species fit visus, ita per tactiles, tactus. Vt non immerito existimari possit: sicut lumen est visibilis species lucis, ita calorem esse ejusdem speciem tactilem. Et huic quidem similis omninò, quamvis non eadem. Nam visibilis species tantum transit per corpora diaphana; at calor per omnia corpora Esse verò has species substantijs suis viliores concluditur ex eo, quod ab ijs producantur. Omnis enim efficiens effecto suo præstantior. Quæ ratio probat quoque calorem & frigus substantijs ignobiliora; quippe quum hæc à substantijs motu earum effici queant: alias nobiliora censerentur, quoniam ab ijs tam præclaræ actiones. Neque ab uno corpore una tantum numero procedit species, sed innumeræ. Et totus aër harum specierum plenus est. Mille homines unam rem simul intueri queunt; in mille speculis una res simul repræsentatur. Sunt ergo diversæ; quia, quæ in diversis subje-
ctis

ctis existunt, numero differunt: quamvis sibi similia invicem esse possunt. Per totum verò aëra diffundi hinc apparet: interponatur inter rem & speculum aliud adhuc speculum, statim in eo res apparebit, & quot specula interponentur, tot species erunt in ijs.

Est ergo aër undiquaque ijs plenus. Possunt verò à corporibus longissimè dispergi. Nam à supremis stellis huc ad nos veniunt. Desinunt autem in conum. Quæ caussa est, quod res longissimè distans, si non sit ingens, non videntur, etiamsi nihil sit inter illam & visum interjectum, nisi aër. An verò ex sese habeant, quod paulatim minuantur, an ab aëre, per quem transeunt, hoc fiat, incertū est: sic & illud, an una à corpore tantum spatium decurrat an verò maneat, ubi sit, & producat aliam in aere contiguo speciem, & illa rursus aliam? Potest quoque una, eademque species & contrahi, & extendi, pro ratione corporis subjecti, quod illam recipit. Ex hisce speciebus porrò indaganda est natura luminis & tenebrarum. Est enim lumen spe-

cies visibilis corporis lucidi: à quo undiquaque versum spargitur. Illud tam notum videtur, ut vix indigeat probatione. Vbicunque fueris, si è diametro corpus lucidum aspicias, radios videbis à corpore, quasi prosilientes. Hi radij sunt species corporis lucidi in conum desinentes. Quodsi aliorsum oculos vertas, non jam videbis hos radios, qui tamen in aëre sunt. Quemadmodum & coloris species existit quidem in aere sed non videtur, si è diametro colorem non aspicias. Est ergo radius species visibilis corporis lucidi: at lumen est quasi radius dispersus, quare & species illa, & speciei species. Vt ita illuminetur illud quoque, quod à radijs non attingitur: nempè à radiorum speciebus. Ita enim producit una species aliam, unum lumen aliud. Debilissimum lumen est, quod alius luminis est quasi species. Potest autem lumen & intendi, & remitti. Sic enim per vitrum concavum ita congregatur, ut fiat radius. Fit ergo intensio per congregationem. Quare remissio per dispersionem. Quid verò in stellis

ſtellis ſit lux, difficile eſt intellectu. Non videtur abſurdum dictu, eſſe idem in ſole cum ejus ſubſtantia. Nullum enim apparet ſignum diſtinctionis. Præcipuè cum nos concipiamus ſolem, quaſi per eſſentiam ei competit lucere.

Tenebræ ſunt ſpecies corporum opacorum. Tantum abeſt, ut luminis dici poſſint privatio, ut eo priores fuerint, ac æquè realem habeant eſſentiam, ac lumen. Manifeſtè hoc colligi poteſt ex umbrâ, quæ ſi in aliquod corpus incidat, repræſentabit figuram ſui corporis in eo. At tenebræ ab umbris haud differunt, niſi ſecundum magis & minus. Niſi enim aer, qui in umbrâ eſt, à lumine proximo aliquâ ex parte illuminaretur, ex vi umbræ totus foret tenebroſus. Sed tenebræ nequeunt intendi ſicut lux: ſed obſcuræ magis aut minus fiunt per luminis ablationem. Vnde calor eſt ſimilis lumini, frigus tenebris. Nam calor intendi poteſt ſicut lumen. Apparet illud ex vaſe concavo, quod auget calorem quatenus congregat. Frigus per ſe ipſũ intendi nequit, ſed aliquam requirit cauſam,

quę intenſiorem producat gradum. Quamvis autem utriuſque eſſentia non ſit viſibilis ſpecies, tamen huic per omnia ſimilem eſſe ad modum probabile videtur. Vt ita ſit quaſi tactilis quædam ſpecies. Nam calorem in ſole idem eſſę, quod caloris ſubſtantia, quis negat? Sed frigus in hoc ſimile eſt tenebris, quod non detur ullum corpus, cujus ſubſtantia per ſe ſit frigida. Sunt ergo hæc quatuor entia diſtincta à ſuis ſubjectis, calor, frigus, lumen, tenebrę. Alia accidentia, quæ ſunt realia entia, non agnoſcimus. Calorem verò horum nobiliſſimum ſtatuimus, non lumen ſicut Peripatetici. Neque enim à lumine fit calor, ſed à calore lumen. Id apparet; ſi ſtupa accendatur, ſi ſilex chalybe percutiatur. Motu calor producitur, calore lumen, & quidem tam intenſum, ut inſtar lucis.

SECT

SECT. III.

De caussis caloris & frigoris.

TAlis est horum quatuor accidentium essentia, investigemus & eorum caussas. Luminis & tenebrarum per se notæ sunt. Quum enim corpus sit caussa speciei: lumen autem sit species corporis lucidi, & tenebræ obscuri; sequitur lucem esse caussam luminis, & corpus obscurum tenebrarum. At calor & frigus, quia non sunt visibiles species altiorem postulant contemplationem. De calore tamen quod dici possit, est in promtu; provenire eum à sole. Hic enim perpetuus caloris fons, sicut & luminis: Sed pro ejus ascensione vel descensione, calor est intensior, vel remissior. An verò præter solem alia adhuc est caloris caussa? Est. Motu enim corporum crassorum producitur, & attritu nonnunquam. Quo modo illud fiat, me latet, & miror illud, sicut plura alia. Sed & calor calorem producit: sicut unum frigus

aliud. Vbi aliqua emergit nobis subtilitas. Qualitates secundas non fieri a qualitatibus primis agentis, sed patientis. Vt ita calor ignis haud liquefaciat ceram, sed tantum calefaciat. Calor autem ab igni in cerâ productus faciat illam liquescere; sed redeamus ad rem. Aliqua datur diversitas inter calefactionem, & frigefactionem. Calor enim remissioris gradus potest producere calorem intensioris gradus. Ita enim exiguus ignis, si ejus stupam augeas, capit non tantum lucis, sed & caloris incrementum. At frigus nequaquam. Nullâ enim experientiâ hoc est notum. Quod vero ad modum intensionis attinet, vix ille sciri potest; sicut omnes actionem modi. Quodsi tamen scienciæ umbrâ frui libeat, proferamus conjecturas nostras. Calor intenditur sicut lumen. Hoc enim si per vitrum cavum congregetur, instar radij cujusdam apparet. Eodem modo & calorem congregari est necesse. Nempe si alia stupa addatur priori; calor prioris stupę, ejusdem gradus calorem producit in stupa addita.

Qui

Qui duo conjuncti duplo intenſior ſunt calor, ſicut & lumen. Eſt ergo in his eadem ratio. At frigus nullâ ratione intenditur per ſe ipſum, ſicut & tenebræ. Cauſæ verò frigoris tam abſconditæ ſunt ab oculis noſtris, quam frigus tactui cognitum. Nam qui caloris privationem eſſe dixere, videntur difficultate ſuperati aliquid dicere voluiſſe. At hoc non ſufficit veritatis ſtudioſo. Quæram enim, quî ſentiri poſſit, ſi nuda ſit privatio?

Sentiri ajunt ſicut tenebras. At comparatio hæc non eſt ſatis proba. Tenebras enim non eſſe privationem, ſed reale aliquid, antea dicebamus.

Quodſi forent privatio, eas ſentire foret nihil ſentire; vel ſubtilius, earum ſenſio foret ſenſionis privatio. At ego ſi glaciem tangam aut nivem, aliquid me ſentire puto. Quæram porrò; quî agere poſſit? Nihil agere dicunt, ſed calore ablato res naturâ ſuâ redire ad ſtatum naturalem. Non hoc uſque aliquando abſurdum videbatur mihi; eſſe tamen poſtea compertus ſum. Calor enim

ſic rebus competeret contra naturam. Quare totis viribus hunc pellere conarentur: conatus nunquam ceſſaret, quippe quem ex natura haberent. Ita naturam rerum inſtituere non decuit ſapientiſſimum agens Deum. Quæram denique, quî fieri poſſit? Fieri negant, ſed calore ablato res ex naturâ ſuâ ita ſe habere, ſicut ſe in frigore habent. Bene ſe res habet; Sed à quo quæſo calor ille aufertur? Ablato corpore calefaciente perit. Falſum hoc; quoniam nihil ſe ipſum in nihilum poteſt redigere. Quare res tam diu calidæ manent, quamdiu calor à frigore nondum vincitur. Facilius autem vincitur ablato corpore calefaciente caloris fonte; quia tum calor tantum agit per illud, quod in ſe habet, nec adjuvatur ab aliquo extrinſecus adveniente calore. Ex quibus apparet nec illos ferendos eſſe, qui ajunt: aëra eſſe frigidum per naturam ſuam; quandoquidem hæc corpora ſublunaria indifferenter ſeſe habent ad frigus & calorem. Quare aër ſemel calefactus retinet ſuum calorem, donec à frigore expellatur. Sed

hoc

hoc frigus unde? Reperiuntur Philosophi adeo frigidi, adeo frivoli, ut hîc antiperistasin, nescio quam, comminiscantur. Ajunt ex mediâ aëris regione frigus provenire. Audio. Sed quî hæc frigida esse possit, non percipio.

Illi rem illustrant similitudine. Sicut aquâ putealis hyeme est calidior, quàm æstate ob frigiditatem terræ: ita medię aëris regionis frigus augetur à calore supremæ ac infimæ. Cæterum falsum est mediam aëris regionem esse extremè frigidam; quod alibi discutiendum. Deinde & illatio hujus argumenti non est proba, & similitudo, quam instituunt, est nulla.

Quæram enim, qui fieri possit antiperistasis? Quomodo calor supremæ & infimæ regionis possit frigus efficere in mediâ? Nam calor fortè calefaciet, at frigefacere non potest. Præcipuè quum his viris aer naturâ suâ sit calidus, quomodo hæc aeris pars ab alijs partibus calidis frigida reddetur? Quod verò de aquâ puteali ajunt, esse eam æstate frigidiorem, quàm hyeme; refutat experientia. Si ex hypocausto sum-

mè calido eas in tepidum, putabis te frigus ſentire. Frigidum tamen haud eſſe, ſed calidum ſentire potes, ſi ex loco frigido intres hypocauſtum tepidum: ſimili modo ſe res habet in aquâ puteali. Æſtate aſſueti ſumus calori, hyeme frigori. Quapropter aqua putealis æſtate frigidior eſt, quàm reliquæ aquæ ſoli expoſitæ, & ab eo calefactæ; quia infra terram latuit: hyeme non tam frigida, non quia non ſit frigida, ſed quia non tam aeri, quàm reliquæ aquæ, expoſita. Eſt itaque aqua putealis hyeme idem ſuum retinuit frigus, quod habebat æſtate; quia infimæ terræ partes, quas pertingit, ſemper æquè frigidæ ſunt. Neque enim hyeme continguntur ab intenſiore frigore, nec æſtate à calore intenſiore. Ob hæc & alia multi a vaporibus & varijs exhalationibus aerem frigeſieri exiſtimant; quorum opinio non minus falſa, quam quæ modo refutata eſt. Nam hos vapores vi caloris educi, vi frigoris condenſari experientia docet, & ratio deſumta a naturâ caloris & frigoris, modoque rarefactionis & con-

condenſationis probat. Rarefactionem enim calori, condenſationem frigori aſcribendam eſſe mox dicemus. Propterea quamdiu vapores ſunt, & in aere feruntur, non ſunt condenſati nec frigidi. Si forent frigidi, forent quoque condenſati. Nam ab hoc condenſantur. Si condenſati, deorſum caderent. Quare hi vapores aerem non frigefaciunt, ſed ab eo frigeſiunt. Quodſi forent frigidi; at aquâ tamen haud frigidiores; quippe ex quâ extracti. Aqua verò non eſt tam frigida, quàm foret hæc aeris regio: quia ipſa per ſe non congelatur; ſed, quando congelatur, ab aere neceſſe eſt ut frigidior fiat. Abundè hoc ex eo conſtat, quod in ſuperficie tantum congelatur. Ergo à contactu aeris. Quare nec aer tam intenſum frigus accipit ab aquâ, ſed contra aqua ab aere.

Quodſi intenſum illud brumale frigus non proveniat ab aquâ, multò minus à terrâ.

Nam hoc vulgò notum eſt; hyeme in locis

pro-

profundis non tantum ſentiri frigus, quantum in locis altioribus. Quare ab his tam intenſum frigus haud oritur: quoniam frigus remiſſioris gradus non producit in alio ſubjecto frigus intenſioris gradus. Neque veriſimile eſt à ſtellis aera ita frigefieri. Forent enim ſic ipſæ frigidæ. Cur ergo ęſtate de nocte non tantum frigus foret quantum tempore brumali? Sunt enim nobis æquè præſentes. Et quum omnes ferè ſole ſint altiores, quo; quæſo, modo, per tantum ſpatium frigus ad nos demitterent, ut non à radijs ſolaribus diſſiparetur.

Quid ergo de hac quęſtione dicendum? An in medio relinquenda? Nequaquam, ſed & aliquid hîc dicendum. Sicut quum terra & aqua primum forent conditę, erant tenebræ, ita quoque erat frigus. Sunt ergo hæc corpora conditą frigida. Quamvis interim demus calorem quendam quibuſdam terræ cavernis inditum à Deo. Verum an non illud poſtea factum ſit dubitari poteſt. Erat enim terra aquis objecta, quæ poſtea ab illâ ſegregatæ fuerunt, Fuit & aer frigidus creatus. Sol enim caloris

caloris unicus fons, ſicut & luminis. A ſole calefit aer in æſtate, calefiunt terra & aqua: ſed non totæ, ſicut aer, verum tantum in ſuperficie. In terra quidem calor ſolis ne ultra tres pedes ſentiri poteſt; at in aqua ob non tantam craſſitiem profundius deſcendit. Hæc corpora, quæ de die calefacta ſunt, de nocte, quando ſol eſt infra nos, frigeſiunt.

Sed unde hoc frigus? Non eſt putandum terram & aquam ſe ipſas ad priorem ſtatum reducere. Sed frigeſiunt partes calidæ à partibus frigidis. Quum enim quod contingitur à calore calefiat, quod à frigore frigefiat, & quod eſt fortius agens vincat, neceſſe eſt has exteriores partes frigeſieri ab interioribus. Non enim calor tantum poteſt reſiſtere ablato ſole, quantum frigus agit; quia non adjuvatur à novo extrinſecus adveniente calore. Ab his terræ & aquæ partibus frigefactis frigeſit porrò aer. Qui quum corpus ſit fluidiſſimum & tenuiſſimum facillimè has qualitates tranſmittit. Ita apparet unde frigus: ſed unde nonnunquam tam intenſum oriatur

riatur frigus, ut omnia liquida congelentur, nondum apparet. Dicam & de hoc aliquid, si non verum, saltem verisimile. Sicut corporum crassorum motu producitur calor: ita tenuium motu frigus. Experimur hoc quotidie. Si aliquis fiat aeris motus, continuò frigus sentitur, etiamsi calidissimâ æstate moveatur. Si in hypocaustis aerem calidissimum flabello moveas, aut folle attrahas, & deinde expellas, frigus percipies. In æstate si fortiter exspires, aer frigidus erit, etiamsi veniat ex calido corpore, & aer circumstans non sit frigidus. Modum, quo hoc fieri possit, non ita planè novimus adumbrare. Fieri experimur. Fieri posse absurdum non est. Nam & motu calor producitur. Quidni ergo & frigus? Neque hîc audiendi sunt, qui ajunt, motu aeris frigus non produci, sed aerem, si moveatur, frigidum sentiri eo, quod illa pars, quæ contingebat manum, calore manus calefacta abeat, & succedat alia pars aeris frigida, quæ nondum à manu est calefacta. Quodsi enim manus lentè moveatur, frigus

gus illud non percipiet, quodsi aer moveretur, perciperet. Interim æquè mutat aera. Deinde quum aer sit corpus tenuissimum & fluidissimum, facillimè has qualitates transmittit. Vt ita minus circumspectè dicantur aeris partes, contingentes manum, calidas esse, reliquas vero frigidas. Præterea hisce experientijs hoc ipsum refutatur. Attrahatur folle aer ille calefactus, qui ambit manum, explodatur rursum, sentietur frigidus, qui tamen anteà erat calidus. Exspiretur ore aer, qui in corpore magis calefactus est, quàm à manu calefieri posset, frigus efficiet. Vltimo in hypocaustis aer est calidus, non frigidus, sic & æstate.

Quare a manu non fiet calidus, sed magis fortè calidus. Quare qui a manu est calefactus, non sentietur frigidus, sed minus calidus. At flabello si moveatur, frigidus sentietur. Quamvis interim non tam sit frigidus, quam extra hypocaustum: sed hoc fit ob caloris resistentiam, quæ extra hypocaustum non contingit hyeme, quia ibi non est calor.

Cæterum

Cæterum hîc quæri poteſt, ſi motus aeris ſit cauſſa frigoris, cur non omnes venti æquè frigidi? Reſponſio in promtu. Motu aeris calidi non tantum frigus produci, quantum motu frigidi.

Et quo frigidior eſt aer qui movetur, eò intenſius frigus eſt, quod motu producitur. Ratio utriuſque datur, quia calor reſiſtit frigori; reagitque: Frigus autem unum adjuvat alterum. Hyeme ergo frigidiores ſunt venti, quàm æſtate; quia aer vel ab aquâ, vel à terrâ, vel à motu frigefactus retinuit ſuum frigus. Non enim à calore ſolis ita calefieri poteſt, ſicut in æſtate. Quare ſi æquè manſerit frigidus, & rurſum moveatur, adhuc evadet frigidior. Atque hanc ob cauſſam Eurus & Aquilo frigidiores ſunt, quam Auſter & Zephyrus. Hi enim ex locis calidis portant aera: illi ex frigidis. Eſt enim ſub plagâ ſeptentrionali frigus ijſdem à cauſſis, à quibus apud nos hyeme. At in locis Auſtralibus calore ſolis calefit aer. Quodſi putes nimis longum regiones iſtas à nobis diſtare, quàm ut aer inde poſſit moveri ad nos; opponam

tibi

tibi vulgare dictum: quid vento celerius? Sed adhuc aliquid quærendum restat.

Cur ergo, quamdiu venti sunt, vapores in aëre non condensantur? Ratio datur hęc: quum aër inter atomos interjectus sit, frigore autem hi vapores congregare debeant, & aër expelli, non potest hoc à frigore fieri, quando sunt venti. Movetur enim tum totus aër, etiam illæ partes, quæ sunt inter atomos interjectæ. Quare quum ipsæ moveantur, frigoris motui resistunt. Atque hæc etiam caussa est, quod nubes propemodum in pluviam resoluta, abeat adhuc, si ventus oriatur. Ex his ita constitutis abundè constat, quare aqua in superficie congeletur, non in medio. Non enim medium ab aëre contingitur. Superficies aquæ, quæ proximè tangit glaciem, porrò indurescit, quia illud frigus ab aëre communicatum est glaciei. Glacies verò & aqua quòd tangenti videantur frigidiores, fit, quia sunt densiores. Ideoque qualitatem suam citius & fortius imprimunt manui. Sed aër paulatim & longo tempore præstat, quod ille citò.

SECT. IV.

De actionibus caloris & frigoris.

HÆ sunt efficientes caussæ caloris & frigoris, videamus nunc porrò, quæ eorum sint actiones. Sunt autem utriusque duæ. Vna caloris est, calefacere; & frigus extinguere. Frigoris, frigefacere & calorem extinguere. Altera non una, sed multiplex videtur: illius rarefacere, dissolvere, emollire, liquefacere, arefacere, congregare homo-genea & segre gare hetero genea: hujus condensare, constringere, indurare, & congregare homegenea & heterogenea simul. Cæterum si res probè consideretur, una tantum est actio: nempe motus localis. Quod calor & frigus localiter moveant, evidenter potest demonstrari. Vapores quia habent partes dissitas interjecto inter illas aëre, ut resolvantur, necesse est fiant propiores. Propiores fieri nequeunt, nisi per motum. Necesse enim est ut ad se invicem

vicem moveantur. Quare quum hæc condensatio & resolutio fiat à frigore, ille quoque motus localis ab eodem fit. At contrarius motus per calorem fit. Nam ut corpus aliqnod in vapores exhalet, necesse est partes à se invicem segregentur, & intercedat aër. Illud nequit evenire nisi per motum localem. Quare quum illud à calore fiat, & motus localis fit ab eodem. Sed inter motum caloris & frigoris datur contrarietas. Calor enim movet à centro ad circumferentiam. At frigus à circumferentiâ ad centrum. Potest hoc posterius probari ab experientià. Aqua congelata in minore est spatio, quàm ante. Videmus enim si aqua in vase aliquò congeletur, infra glaciem manere spatium inane, quod antea repletum erat aquâ. Neque hîc partes se invicem penetrarunt, quia sunt corpora. Neque glacies habet superficiem altiorem, quàm ante; sed nonnunquam quoque depressiorem. Potest autem aqua liquida ita condensari, quia multum habet in se aëris sibi commixtum.

Est enim rara. Quod verò, si glacies in aquam resolvatur, non tantum vasis repleatur aquâ liquidâ, quantum glacie, caussa est, quòd glacies, quum sit corpus durum, non terminetur terminis alienis. Itaque ejus frusta non ita vas possunt replere, sicut aqua liquida. Sic hoc posterius probatur. Illud prius non minus est evidens. Experimur enim aquam ferventem ita posse attolli, ut ollâ non capiatur, cujus dimidum ante vix replebat. Attollitur autem vi caloris. An verò hic caloris motus sit extractio? Non. Ipse enim intus non foret. Nam quicquid trahit, ad se trahit. Quum ergo intus sit, hic ejus motus est pulsio, quæ partes pellit à medio ad superficiem. His ita constitutis subtilissimè ratio datur, quâ omnia illa paulò antè enumerata per motum localem fieri ostendatur. Frigus enim quia perpetuò movet versus centrum, facit ne partes diffluant: calor vero, quia movet versus circumferentiam, est caussa hujus diffluxus & liquiditatis. Nam quando, partes diffluunt, mediæ non diffluunt primò, sed

quæ

quæ sunt in superficie. Quod ergo movet versus medium, non facit diffluxum: quia partes congregat in minore spatio. Vult enim, ut illæ fiant in eo spatio, in quo est centrum, quod est minus. At quod movet versus circumferentiam vult ut sint in ampliore spatio: scilicet ultra propriam superficiem in aliâ, quæ sit majoris ambitus. Propterea hoc extendit, illud contrahit. Hoc rarefacit; quoniam, eductis vaporibus, aëre replet illud, in quo antea erant vapores; illud condensat; quia partes contrahendo aërem interjectum expellit. Hoc emollit, illud indurat. Nam durum est, quod tangenti non cedit. At quando omnes à circumferentiâ moventur ad centrum partes, tangenti cedere nequeunt; quia una alteram penetrare non potest. Quando ergo una resistit alteri, tum omnes resistunt, si amplius pertrahi nequeant. At quando omnes undiquaque ad centrum moventur, centrum primo resistit. Quare necessario & reliquæ resistunt; quia nihil est, quod illis resistit. Possunt enim exteriores superficies extendere, quia tum

nihil est, quod ijs resistit. Quare hoc posteriore modo calor emollit: illo priore frigus indurat. Per eundum motum calor quoque congregat homogenea, & segregat heterogenea: frigus ambo simul congregat. Siccum sicco est homogeneum, & humidum humido. Cæterum triplex humidum datur: salsum, pingue, & aqueum. Salsum autem salso homogeneum est, pingue pingui, aqueum aqueo: sed pingue & salso & aqueo heterogeneum. Heterogenea hoc modo segregantur. Neque calor neque frigus in siccum agere possunt, neque illud movere. Quare humidum liquefacit calor, dum partes ad superficiem movet. Siccum ergo in medio remanet. Humidum supra solum natat; quia sicco humidum est gravius. Idcirco caloris vi illud fit supra siccum. At frigus, quia indurat, si humidum & siccum anteà fuerint per mixta, simul congregat. Trahit enim omnes humidi partes ad centrum, quæ in suo complexu retinent sicci quoque partes. Imò quum siccum sit gravius humido, vi suæ gravitatis

tis movetur ad centrum unà cum humido, quod movetur vi frigoris. Sicut autem humidum à calore movetur, ſiccum remanet, ita hoc humidum prius movetur, quàm illud. Primò enim extrahit aqueum, deinde comburit oleoſum, remanet ſalſum induratum. Quare autem hoc potius trahit, quàm illud; quare oleoſum magis accendat, quàm aqueum, rationem aliam neſcio, quàm quia ita ejus fert natura. Ita ergo fit ſegregatio, quatenus unum quieſcendo fit ſolum, dum relinquitur ſolum, ubi erat antea; alterum motu, dum, ut ſit ſolum, movetur. Frigus verò, quia ad centrum cogit, congregat. An vero calor per combuſtionem aliquid humidi oleoſi ita abſumat, ut in nihilum redigat, diſputari poteſt. Illud in medio relinquimus, & ad rem noſtram hæc porrò. Quæri poteſt, ſi à frigore partes ad centrum moveantur, quomodo in nive vapores prius congelentur, quàm in guttas reſolutæ ſunt? Reſpondetur, intenſiſſimum frigus ita fortiter conſtringere, ut priuſquam partes

omnes ad unum centrum motæ fuerint, ſicut in pluviâ fit, & aliquo etiam modo in grandine, tres, aut quatuor, aut plures partes ita conſtringi, & ſibi invicem propè cohærere, ut ad unum commune centrum amplius à frigore removeri nequeant ob gravitatem. Hoc contingit in nive. Hæc cauſſa eſt, quod ab exiguo frigore oriatur pluvia, à majore grando, à maximo nix. Præterea quæri poteſt, an ergo in aquâ liquidâ perpetuus ſit calor, qui contineat ipſam in liquiditate, ne indureſcat. Si foret, cur ſentiri non poſſet? At ego non credo calorem in ſe habere, quod ſentitur eſſe frigidum. Quare dicamus aquam liquidam habere in ſe frigus, quod agat tantum, quantum poteſt, tam diu, ac poteſt. Sed quia non eſt in eo gradu, qui intenſiſſimo frigori debetur, nec illud præſtat, quod eſt intenſiſſimi frigoris, nempe congelare. Sed adhuc aliquid reſtat difficultatis. Cur ergo aqua congelata liquefit hyeme, quum aër non ſit calidus, ſed tantum in remiſſiore, quàm ante, gradu frigidus? Sane ſi omni competat frigori, movere

vere

vere ad centrum etiam huic competit, etiamsi remissiori. Quare ut concedatur non adjuvari ab eo intensius frigus; attamen non foret ei impedimento, nec potius contrarium faceret. Valde vereor, ne me in angulum conjecerim, unde pedem referre nequeam. Patet tamen aliqua via effugio. Quum aër non sit tam frigidus, ac ante fuerat, nec glacies manere potest tam frigida, ac ante erat. Hæc enim est reactio, quæ datur non solum inter diversas qualitates, sed etiam inter easdem diversorum graduum. Intensius ergo glaciei frigus dum conatur æquè frigefacere aërem minus frigidum, à nimiâ aëris copiâ vincitur, & in remissione aëris frigori fit simile. Ita glacies liquescit. Nam sicuti antea diccbamus aqueum humidum non posse indurescere, nisi à nimio frigore, quia partes ejus non sunt viscosæ ac tenues, ideoque difficillimè cohærent; ita nunc dicimus frigus illud remissius non esse sufficiens ad retinendum aquę partes ita constrictas. Propterea partes fluunt, sicut antè. Ex quibus porro intelligi potest, quare

omnes ad unum centrum motæ fuerint, ficut in pluviâ fit, & aliquo etiam modo in grandine, tres, aut quatuor, aut plures partes ita conftringi, & fibi invicem propè cohærere, ut ad unum commune centrum amplius à frigore removeri nequeant ob gravitatem. Hoc contingit in nive. Hæc cauffa eft, quod ab exiguo frigore oriatur pluvia, à majore grando, à maximo nix. Præterea quæri poteft, an ergo in aquâ liquidâ perpetuus fit calor, qui contineat ipfam in liquiditate, ne indurefcat. Si foret, cur fentiri non poffet? At ego non credo calorem in fe habere, quod fentitur effe frigidum. Quare dicamus aquam liquidam habere in fe frigus, quod agat tantum, quantum poteft, tam diu, ac poteft. Sed quia non eft in eo gradu, qui intenfiffimo frigori debetur, nec illud præftat, quod eft intenfiffimi frigoris, nempe congelare. Sed adhuc aliquid reftat difficultatis. Cur ergo aqua congelata liquefit hyeme, quum aër non fit calidus, fed tantum in remiffiore, quàm ante, gradu frigidus? Sane fi omni competat frigori, movere

vere ad centrum etiam huic competit, etiamsi remissiori. Quare ut concedatur non adjuvari ab eo intensius frigus; attamen non foret ei impedimento, nec potius contrarium faceret. Valde vereor, ne me in augulum conjecerim, unde pedem referre nequeam. Patet tamen aliqua via effugio. Quum aër non sit tam frigidus, ac ante fuerat, nec glacies manere potest tam frigida, ac ante erat. Hæc enim est reactio, quæ datur non solum inter diversas qualitates, sed etiam inter easdem diversorum graduum. Intensius ergo glaciei frigus dum conatur æquè frigefacere aërem minus frigidum, à nimiâ aëris copiâ vincitur, & in remissione aëris frigori fit simile. Ita glacies liquescit. Nam sicuti antea dicebamus aqueum humidum non posse indurescere, nisi à nimio frigore, quia partes ejus non sunt viscosæ ac tenues, ideoque difficillimè cohærent; ita nunc dicimus frigus illud remissius non esse sufficiens ad retinendum aquę partes ita constrictas. Propterea partes fluunt, sicut antè. Ex quibus porro intelligi potest, quare

plumbum & cera indurescant, dum adhuc tepent. Quum enim humidi pinguis & viscosi natura sit contraria aqueo, sicut hujus est difficile partes cohærere, ita illius facile propter tenacitatem & viscositatem earundem. Quare sicut in aqueo humido nequeunt partes contineri ab exiguo frigore, ita in viscoso ab exiguo calore nequit aut separatio fieri, aut facta continuari. Quare ubi calor remittitur, ad debitam redeunt duritiem. Hujus argumentum est, quod plumbum nequeat liquefieri, nisi ab intenso calore. Atque tum extendi, & aliquid aëris in poris recipere signum est, quod in majore sit spatio. Cera enim liquefacta non capitur vasculo, quo eadem numero capiebatur dura. Sed humidum salsum à calore induratur, à frigore liquefit. Hæc peculiaris ejus est natura. Accedit enim proximè ad siccum. Propterea partes habet crassas: quę à mediocri calore à centro trahuntur quidem ad superficiem: sed quia calor est exiguus, ultra superficiem moveri nequeunt. Resistunt ergo extremæ primo.

At

At si sal in ignem conjiciatur, majore calore partes expelluntur, scilicet vapores ita, ut sonum & crepitum excitent. Frigore autem primo liquefiunt; quia hoc partes à circumferentiâ movet ad centrum. Quodsi porrò moveat, rursus indurescent: sic enim & aqua salsa congelatur, & quidem facillimè. Quod vero de aquâ diximus, illud verum esse hinc constat. Scire aveo, quî fiat, quum frigus à circumferentiâ ad centrum movent partes, quod non relabantur, sed quo motæ sunt, maneant? Num habent fortè in sese principium ejusmodi motus: ut ita quiescere hic debeant, donec calor venerit, qui illas liberet ab hoc carcere? Non hoc respondeo, qui scio aquæ partes diffluere, si modo nactæ sunt frigus in remissiore gradu. Illud ergo, ubi naturale agens, ibi agit quantum & quamdiu potest. Frigus ergo, quod facit glaciem, non cessat hac factâ, sed movet adhuc, sicut antè. Propterea glacies non tantum tempore fit crassior, sed & durior: sic & nix. Movet ergo frigus tantum, quantum ante: sed partes non

non tantum moventur. Quandò enim ſe invicem proximè contingunt, non poſſunt diutius ad ſe invicem moveri, niſi corpus penetret corpus. Quare ſubtilius dicitur: conſervationem glaciei fieri, ſicut à nonnullis deſcribitur conſervatio mundi; creationis continuatio. Continuatur enim motus ille, quo fit, ut, quando partes ſe invicem contingant, non poſſunt relabi; ſicut, quando moventur, non poterant reſiſtere. Quando ergo frigus eſt debilius, & motus fit debilior. An igitur humido indureſcere violentum eſt? Non magis quàm frigeſieri. Interim quin illud maximè naturale cenſeatur, quod habet in gradu remiſſo, humido aqueo naturalius eſt eſſe liquidum, pingui eſſe durum, ſed in remiſſo gradu.

SECT. V.

De duritie, mollitie, liquore, ariditate, lentore, friabilitate, fluore, stabilitate, raritate, densitate, asperitate, lævitate, lubricitate, & figurâ.

QVomodo hæ qualitates (ita enim vocant) a calore & frigore efficiantur, jam discussum est, inquiramus nunc, quid sint. Dari eas re verâ, nequit negari: quia sentiuntur. Neque idem sunt, quod corpus subjectum. Possunt enim separari. Ita quod durum est, fieri potest molle; quod stabile, fluidum; quod densum, rarum; & contra. An ergo distincta sunt entia, & inter accidentia qualitatum numerum complere possunt? Ita vulgò statuunt. Quas ob rationes non declarant. Nos vero non esse entia, sed entium modos profitemur. Id quod paucis explicandum & demonstrandum. Sufficeret quidem illa sæpius usitata ratio: entia non esse multipli-

non tantum moventur. Quandò enim ſe invicem proximè contingunt, non poſſunt diutius ad ſe invicem moveri, niſi corpus penetret corpus. Quare ſubtilius dicitur: conſervationem glaciei fieri, ſicut à nonnullis deſcribitur conſervatio mundi; creationis continuatio. Continuatur enim motus ille, quo fit, ut, quando partes ſe invicem contingant, non poſſunt relabi; ſicut, quando moventur, non poterant reſiſtere. Quando ergo frigus eſt debilius, & motus fit debilior. An igitur humido induraſcere violentum eſt? Non magis quàm frigeſieri. Interim quin illud maximè naturale cenſeatur, quod habet in gradu remiſſo, humido aqueo naturalius eſt eſſe liquidum, pingui eſſe durum, ſed in remiſſo gradu.

SECT. V.

De duritie, mollitie, liquore, ariditate, lentore, friabilitate, fluore, stabilitate, raritate, densitate, asperitate, lævitate, lubricitate, & figurâ.

QVomodo hæ qualitates (ita enim vocant) a calore & frigore efficiantur, jam discussum est, inquiramus nunc, quid sint. Dari eas re verâ, nequit negari: quia sentiuntur. Neque idem sunt, quod corpus subjectum. Possunt enim separari. Ita quod durum est, fieri potest molle; quod stabile, fluidum; quod densum, rarum; & contra. An ergo distincta sunt entia, & inter accidentia qualitatum numerum complere possunt? Ita vulgò statuunt. Quas ob rationes non declarant. Nos vero non esse entia, sed entium modos profitemur. Id quod paucis explicandum & demonstrandum. Sufficeret quidem illa sæpius usitata ratio: entia non esse multipli-

non tantum moventur. Quandò enim se invicem proximè contingunt, non possunt diutius ad se invicem moveri, nisi corpus penetret corpus. Quare subtilius dicitur: conservationem glaciei fieri, sicut à nonnullis describitur conservatio mundi; creationis continuatio. Continuatur enim motus ille, quo fit, ut, quando partes se invicem contingant, non possunt relabi; sicut, quando moventur, non poterant resistere. Quando ergo frigus est debilius, & motus fit debilior. An igitur humido indurescere violentum est? Non magis quàm frigefieri. Interim quin illud maximè naturale censeatur, quod habet in gradu remisso, humido aqueo naturalius est esse liquidum, pingui esse durum, sed in remisso gradu.

SECT.

SECT. V.

De duritie, mollitie, liquore, ariditate, lentore, friabilitate, fluore, stabilitate, raritate, densitate, asperitate, lævitate, lubricitate, & figurâ.

QVomodo hæ qualitates (ita enim vocant) a calore & frigore efficiantur, jam discussum est, inquiramus nunc, quid sint. Dari eas re verâ, nequit negari: quia sentiuntur. Neque idem sunt, quod corpus subjectum. Possunt enim separari. Ita quod durum est, fieri potest molle; quod stabile, fluidum; quod densum, rarum; & contra. An ergo distincta sunt entia, & inter accidentia qualitatum numerum complere possunt? Ita vulgò statuunt. Quas ob rationes non declarant. Nos vero non esse entia, sed entium modos profitemur. Id quod paucis explicandum & demonstrandum. Sufficeret quidem illa sæpius usitata ratio: entia non esse multipli-

non tantum moventur. Quandò enim se invicem proximè contingunt, non possunt diutius ad se invicem moveri, nisi corpus penetret corpus. Quare subtilius dicitur: conservationem glaciei fieri, sicut à nonnullis describitur conservatio mundi; creationis continuatio. Continuatur enim motus ille, quo fit, ut, quando partes se invicem contingunt, non possunt relabi; sicut, quando moventur, non poterant resistere. Quando ergo frigus est debilius, & motus fit debilior. An igitur humido indurescere violentum est? Non magis quàm frigefieri. Interim quin illud maximè naturale censeatur, quod habet in gradu remisso, humido aqueo naturalius est esse liquidum, pingui esse durum, sed in remisso gradu.

SECT. V.

De duritie, mollitie, liquore, ariditate, lentore, friabilitate, fluore, stabilitate, raritate, densitate, asperitate, lævitate, lubricitate, & figurâ.

QVomodo hæ qualitates (ita enim vocant) a calore & frigore efficiantur, jam discussum est, inquiramus nunc, quid sint. Dari eas re verâ, nequit negari: quia sentiuntur. Neque idem sunt, quod corpus subjectum. Possunt enim separari. Ita quod durum est, fieri potest molle; quod stabile, fluidum; quod densum, rarum; & contra. An ergo distincta sunt entia, & inter accidentia qualitatum numerum complere possunt? Ita vulgò statuunt. Quas ob rationes non declarant. Nos vero non esse entia, sed entium modos profitemur. Id quod paucis explicandum & demonstrandum. Sufficeret quidem illa sæpius usitata ratio: entia non esse multipli-

non tantum moventur. Quandò enim ſe invicem proximè contingunt, non poſſunt diutius ad ſe invicem moveri, niſi corpus penetret corpus. Quare ſubtilius dicitur: conſervationem glaciei fieri, ſicut à nonnullis deſcribitur conſervatio mundi; creationis continuatio. Continuatur enim motus ille, quo fit, ut, quando partes ſe invicem contingant, non poſſunt relabi; ſicut, quando moventur, non poterant reſiſtere. Quando ergo frigus eſt debilius, & motus fit debilior. An igitur humido indureſcere violentum eſt? Non magis quàm frigeſieri. Interim quin illud maximè naturale cenſeatur, quod habet in gradu remiſſo, humido aqueo naturalius eſt eſſe liquidum, pingui eſſe durum, ſed in remiſſo gradu.

SECT.

SECT. V.

De duritie, mollitie, liquore, ariditate, lentore, friabilitate, fluore, stabilitate, raritate, densitate, asperitate, lævitate, lubricitate, & figurâ.

QVomodo hæ qualitates (ita enim vocant) a calore & frigore efficiantur, jam discussum est, inquiramus nunc, quid sint. Dari eas re verâ, nequit negari: quia sentiuntur. Neque idem sunt, quod corpus subjectum. Possunt enim separari. Ita quod durum est, fieri potest molle; quod stabile, fluidum; quod densum, rarum; & contra. An ergo distincta sunt entia, & inter accidentia qualitatum numerum complere possunt? Ita vulgò statuunt. Quas ob rationes non declarant. Nos vero non esse entia, sed entium modos profitemur. Id quod paucis explicandum & demonstrandum. Sufficeret quidem illa sæpius usitata ratio: entia non esse multipli-

multiplicanda absq; necessitate: sed habemus speciosiora argumenta, quæ proferre decet. Quod est reale accidens, per se unum necesse est ut sit quoque in subjecto per se uno. In eo non sunt hæ qualitates. Non enim sunt in atomis, sed sunt in corpore aggregato ex atomis, eique competunt per illam aggregationem. Illud vero esse ens per aggregationem demonstrabimus. ubi in corpore nihil reale præter atomos esse disputabimus. Quod adhuc evidentius confirmari potest. Situm non esse ens, sed entis modum, supra disputatum est. Qualitates hæ sunt ipsæ atomorum situs, vel saltem ab hoc oriuntur. Nam de duritie & mollitie abundè hoc demonstratum est in hisce superioribus. Est enim durum, quod resistit tactui: molle quod cedit. Resistit autem, vel cedit ob partium cohæsionem & ad se invicem situm. Idcirco à tactu primo & per se non sentiuntur, sicut calor & frigus, sed motu deprehenduntur.

Neque enim mollitiem sentis, sed rei mollis cessionem; neque duritiem sed rei duræ resistentiam. Atque hinc reliquæ

qua-

qualitates facile dijudicari possunt. Nam stabile idem est, quod durum; fluidum, quod molle. Est enim stabile, quod facile terminis proprijs terminatur; fluidum, quod difficile. At proprijs terminis posse terminari hoc corpori competit per duritiem; sicut per mollitiem non posse. Idcirco non tantum non distinguuntur realiter durum & stabile, molle & fluidum, sed idem quoque modus est durities cum stabilitate, mollities cum fluore. Sic quoque ariditas idem est cum duritie, liquiditas cum mollitie. Quamvis non omne molle sit liquidum. Nam pulvis est mollis, non tamen liquidus, neque aridus propriè, sed siccus. Aridum enim dicitur propriè, quod ex sicco & humido induratum est, uti ferrum & cera. &c. Liquidum vero est molle humidum, non autem molle siccum. In ijs ergo subjectis, in quibus sunt ariditas aut liquiditas, idem quoque sunt cum duritie & mollitie. Flexile, fragile, & friabile non sunt peculiares qualitates; sed duri species, & sunt quasi
gradus

gradus quidam duri. Nam quod nondum adhuc omnino induratum est, dicitur flexile, sicut virentis salicis ramus. Quod vero magis induratum est, frangi potest. Neque enim se jam duci patitur, sed in partes frangitur. Quod maximè induratum, est friabile. Potest enim in minimas partes redigi. Idcirco flexile multum humidi in se habet, fragile minus, friabile minimum. Dantur quoque mollitiei species, sed illę non distinguuntur per gradus, sed per subjecta, in quibus sunt. Nam humidi pinguis mollities dicitur lentor: humidi salsi & aquei liquor. Sicci verò mollities proprio caret nomine. Has ergo qualitates ad situm esse referendas, per se notum videtur. At multo adhuc notius est, reliquas enumeratarum eo pertinere. Rarum enim definitur, quod habet partes dissitas: densum, quod compactas. Quare idem sunt, quod partium propinquitas, vel distantia. Neque hi audiendi sunt, qui nobis adhuc aliam obtrudunt raritatem, scilicet aëris. Non enim ille est rarus, sed tenuis; quæ qualitates minimè sunt confundendę,

fundendæ; ſicut nec denſitas & craſſities. Læve dicitur, quod habet ſuperficiem planam. Aſperum, cujus partes inæqualiter prominent. Vtrumque ergo ob partium ſitum. Lubricum dicitur, quod facile tactui effugit. Eſt ergo lubricitas idem cum lævitate; ſed in eo ſubjecto in quo eſt lubricitas, non in omni; nempe in humido viſcoſo. Hoc enim ob lentorem facile elabitur. At quod eſt aſperum non ita poteſt effugere. Figuram quoque inter qualitates recenſere ſolent, ſed eam ad entium modos pertinere ſupra diſputatum eſt. Eſt enim quaſi modus quidam quantitatis, & ad ſitum referri debet.

SECT. VI.

De humore, ſiccitate, tenuitate, craſsitie, opacitate, diaphaneitate.

ILlæ qualitates ergo non ſunt vera entia, ſed entium modi. At alio modo ſe res habet cum humore, ſiccitate, tenuitate, &

craſſitie. Non enim hæc oriuntur ex atomorum congregatione, ſed in ipſis atomis exiſtunt. Niſi enim ſingulæ atomi forent ſiccæ, nec totum ſiccum foret; niſi humidæ, nec totum humidum; niſi tenues, nec totum tenue. Quare hæc in ipſa corporis eſſentiâ inſunt : imo & per eſſentiam competere videntur. Vnde nos ſatis probabiliter concludi putamus, eſſe eas idem cum eſſentia. Non enim à ratione finguntur, ſed re verâ in rebus dantur. Neque ſeparari poſſe à rebus putandum eſt. Nulla enim ſeparatio obſervata eſt; nec ratio pro ea afferri poteſt. Fatemur quidem arida fieri poſſe, quæ ſunt liquida, & vice verſà: ſed humida fieri poſſe, quæ ſicca ſunt, non putamus Illo namque modo caro noſtra arida eſt, & tamen ex humido conſtat; ſal aridum eſt, ſic lapides & metalla, quæ tamen ex humidis facta ſunt. Verum datur inter ſiccum & aridum quædam differentia. Siccitas competit cuilibet atomo in ſeſe. At ariditas eſt, quæ oritur ob partium cohæſionem, & totius duritiem. Ideoque

que hæc est affectio totius aggregati, non entis per se. Atque hoc modo ex omnibus aridis adhuc arte chymicâ potest humidum aliquod extrahi, ex ficco non potest. Atque idem statuendum est de crasso & tenui. Nam si crassities sumatur pro quadrati corporis dimensione, est modus quidam quantitatis, neque hujus loci: At si crassum sit, quod non facile penetrat, ejusque species sit opacum, quod non transmittit lumen; tenue verò, quod partes habet exiles, & facile penetrat, ejusque species sit diaphanum, hujus sunt loci, neque à suis subjectis distinguuntur.

Quid ergo ad hæc dicendum: siccum aliquod in aquas injectum non diutius apparet siccum, humidum ubi contingit siccum, cum eo ita miscetur, ut illud humectet? Nempe hoc siccum in aquam conjectum non diutius apparet, non quia non sit, sed quia minimæ partes à se invicem vi humidi segregentur, quæ separatim ob exilitatem in sensum non incurrunt. Sic & aqua, si

ſiccum contingat, per poros repit; ſeque inter minimas partes inſinuat; ut ita ſiccæ partes adhuc quidem ſint, ſed ob aquę copiam appareant humidæ: humidum tamen quod ibi conſpicitur, eſt ipſa aquæ humida ſubſtantia. Quodſi his nondum moveantur, ut pedibus eant in noſtram ſententiam, proferamus noſtrûm dogmatum Achilleum propugnatorem: entia non eſſe multiplicanda abſque neceſſitate. Quare neceſſe eſt, ut aut illi firmas pro diſtinctione harum qualitatum à ſubſtantijs proferant rationes, vel, ſi proferre nequeant, idem eas eſſe cum ſubjectis concedant.

SECT. VII.

De gravitate & levitate.

Reſtant inter tactiles qualitates gravitas & levitas. Eæ non ſunt modi orti ex partium ſitu, ſed ipſis atomis ineſſe putandum. Eſt neque enim corpus eſt grave, niſi quia ſingulæ atomi graves ſunt. An

An vero gravitas idem ſit cum ſuo ſubjecto, an ab eo diſtinguatur ut modus, de eo dubito. Dubitationis cauſſę haud leves. Pro diſtinctione militat: gravitatem eſſe vim corporibus à Deo impreſſam; qualis à nobis ijs poteſt imprimi. At quæ à nobis imprimitur, diſtincta eſt, quia ſeparari poteſt. Quædam ergo gravitas, nempe violenta, eſt modus entis. Quare idem quoque videtur ſtatuendum de gravitate naturali. Quæ enim ratio diverſitatis? Deinde non videtur implicare contradictionem; ſeparari à rebus gravitatem.

Ille enim idem Deus, qui fecit corpora deorſum ferri, an non poſſet hunc motum ijs demere, & facere ut naturaliter ſurſum tenderent? Sed pro identitate afferri poteſt; nunquam ſeparatam fuiſſe, nec ſeparabilitatis indicium ullum datum eſſe. Fit quidem corpus per condenſationem & rarefactionem jam gravius, jam levius, ſed ipſæ atomi ſuam ſibi retinent gravitatem. Totum verò corpus aggregatum eſt gravius aut levius ob plures aut pauciores partes, item ob aërem in poris

existentem; item porosa corpora submergi nequeunt, quia pori aëre sunt repleti, qui ab aquâ detineri non patitur. Quapropter illud in medio relinquamus, & gravitatis naturam porrò contemplemur. Gravitas est vis quædam à Deo rebus, quum creabantur, impressa, quâ deorsum moventur. Illud ut intelligatur, res paulò altius ordienda est. Gravitas ipsa haud sentitur. Neque enim plumbo jacenti si manum imponas, senties illud esse grave. At per motum deprehenditur. Nempe si attolas, aut manui illud imponas, gravitatem comprehendes. Quare ex motu, quo corpora deorsum feruntur, cognoscimus gravitatem; quia vel trahunt, vel premunt ad centrum. Quò autem magis premunt aut trahunt, eò graviora, quò minus, eò leviora censentur vulgò.

Quare gravitatem ipsam tactu haud percipimus, sed motum ad centrum universi, nempe pressionem aut tractionem; ex quâ judicamus de gravitate. Quodsi lapidem manu meâ fortiter projiciam

ciam deorſum, majus habebit pondo, quàm ſi pedetentim cadat. Magis enim premit. Quomodo magis premeret, ſi non haberet majus pondo? Quare majorem habet gravitatem, quæ ipſi addita eſt à manu meâ. At hæc gravitas à propriâ lapidis gravitate non differt ſpecie, ſed tantum ſecundum majus & minus. Quare ſicut hæc eſt vis impreſſa à manu meâ, ita putandum eſt, illam eſſe quoque vim impreſſam ab eo, qui condidit univerſum. Quodſi quædam vis corporibus à nobis imprimatur, quâ ad alium terminum moveantur, ſcilicet ſurſum, vel antrorſum, vel dextrorſum, &c. non illa erit gravitas. Ea quoque non eſt perpetua, quia tandem vincitur ab hac perpetuâ vi reſiſtente, quâ deorſum feruntur. Quare hæc vis impreſſa eſt perpetua, & continuatur verbo Dei. Sic enim illud ad Hebræos intelligendum eſt: Deum omnia portare verbo ſuo. Nempe quia verbo ſuo continuat hanc vim impreſſam in creatione.

Quum enim extra hunc mundum ſit infinitum ſpatium, & mundus in medio quieſcat ſine fulcro, hæc eſt ſuſtentatio illa, de quâ ibi loquitur Apoſtolus; non verò creationis quædam continuatio. Nam in univerſo hoc, duo ſunt admodum mira ſummæ ſapientiæ divinæ ſumma argumenta; quorum tamen ratio hîc poteſt dari. Vnum eſt, quum mundus hic ſit finitus, & extra eum undiquaque ſit infinitum ſpatium, quod nullo corpore repletum eſt, quomodo Deus hunc ita fecerit, ut hic in eo ſpatio, in quo eſt, quieſcat ſine ullo fulcro; neque aut huc aut illuc cadat? Alterum eſt; quum hic mundus ſit rotundus globus, quomodo ita factus ſit, ut ſuperficies undiquaque ſurſum vergat? Nempe quum infra nos ſint antipodes, quomodo illi gerant caput erectum ad ſuperna, ſicut nos? Liceat mihi tantum digredi à propoſito, ut horum rationem obiter demonſtrem. Omne leve ferri ſurſum vulgò circumfertur. Eſt tamen falſum. Et contrà, hoc verum: nullum corpus ſurſum tendit. Si enim

ſurſum

ſurſum moverentur, ab uno communi centro ad circumferentiam moverentur. Et quum extra circulum nihil ſit, quod ipſis poſſit reſiſtere, ſed tantum inane ſpatium, ſi ſurſum moverentur, à ſe invicem diffluerent. Moverentur enim ultra circulum per illud inane ſpatiũ: quia nihil huic naturail motui foret impedimento. At ita non decuit ſapientiſſimam cauſſam inſtituere univerſum. Sed omnia debuêre eſſe contigua. Propterea omnes partes à circumferentiâ moveri debuêre ad centrum. Hac enim ratione tantum potuerunt fieri contigua. Quare omnia corpora ita creata ſunt, ut ad centrum moverentur. Sunt quidem per eſſentiam ſuam indifferentia tam ad hunc, quàm ad illum motum: nam Deus potuiſſet vim impreſſiſſe quâ ſurſum moverentur, ſed per hanc vim impreſſam determinantur ad hoc centrum. Quare & partes conſervantur ne diffluant, quia aliorſum à ſeſe moveri nequeant; & totus mundus manet in hoc ſpatio, in quo eſt, quia omnes partes feruntut neceſſariò ad medium hujus ſpatij. Quare non aliter à
 Deo

Deo mundus portatur, nisi quia hæc vis impressa est, sed aquæ major, quàm aëri, terræ maxima. Ita fieri decuit. Nam quia corpori crassiori major vis imprimi potest, quàm tenuiori, idcirco terræ maxima vis impressa est, quia crassissima. Idcirco quoque est in ipso centro; & aëre cingitur. Corpus enim tenue cedit crassiori, non crassum tenui: sed tamen vis quædam rebus in mediocritate impressa est, ut possit illa vinci à majore vi, quæ foret animalium. Propterea ejusmodi quæstiones (an, si corpus per vacuum moveretur, in instanti moveretur? An motus ille foret continuus & divisibilis?) ortæ sunt ex merâ rerum Physicarum ignorantiâ. Nunc porro ad alterum admirandum. Corpora habent vim impressam, quà ad centrum moventur; & quidem in rectâ lineâ moveri debuêre. Aliàs enim aut in circulari, aut curvâ moveri debuissent. Si in circulari, nunquam ad centrum pervenirent. Si in curvâ, plures fuissent motus. Est enim manus motus simplex aut compositus. Simplex, rectus,

ctus, aut circularis. Compositus, qui ex pluribus simplicibus componitur. Quare si motus ejus fuisset in curvâ lineâ, fuisset compositus, neque unus, sed plures. Quare quoque plures fuissent motus termini. At est unus tantum, scilicet centrum. Deinde nec motus naturalis plures diversos terminos habere potest. Aliàs motum foret indifferens, tam ad hunc, quam ad illum motum. At ubi necessitas, ibi nulla indifferentia. Vbi autem motus est naturalis, ibi est necessarius. Propterea ubicumque corpus est, necessariò inde fertur per rectam lineam ad centrum. Ita ergo mundus hic undiquaque sursum vergit quia corpora undiquaque vi gravitatis deorsum vergunt. Sunt enim sursum & deorsum ejusdem lineæ diversi termini. Et ubi unus, ibi è diametro habet sibi alterum oppositum. Sapienti sat dictum. Redeamus nos ad rem. Levitas nihil reale est, sed gravitatis privatio. Neque sentitur leve; sed quia corporis tractionem aut pressionem ad ima non sentimus, illud leve dicimus. Leve ergo quando per-

percipimus, sensilis privationem percipimus. Stellæ ergo leves sunt. Non enim habent vim illam impressam, quâ deorsum tendunt, sed in suo circulo circummoventur. Reliqua omnia, quæcumque dantur, gravia sunt. Ratio manifesta, quiâ ex eorum collectione potest tandem pondo effici. At etiamsi omnia levia congregares, nunquám ex ijs conficeres grave magis, quàm ex multis frigidis unum calidum. Sed non omnia æquè gravia sunt. Terra gravissima, minus gravis aqua, minimè aër. Corpora mixta graviora sunt, prout plus terræ & aquæ participant: Leviora, prout porosiora, & plus aëris in poris habent. Quare ipse aër quoque gravis est. Tendit enim ad centrum. Imò nonnunquam magnâ vi, ne vacuum detur: quamvis hic motus ex parte violentus censeri debeat. Cur ergo non sentitur gravis? Ratio in promtu. Gravitas ejus omnium minima, quia tenuitas omnium maxima, locus omnium extimus. Propterea in nobis vis major resistendi, quàm in ipso premendi. Nam hanc ob caussam nec aqua gra-

vis est nobis in aquâ natantibus. Qui enim merguntur, sunt infra magnam aquæ partem neque tamen ullam sentiunt gravitatem. Multum quoque ad hoc facit, quod assueti simus aëri. Quemadmodum nec vestes, quibus induti sumus, si ijs assueti sumus, graves nobis sunt: quamvis in se graves sint. Cur ergo uter inflatus nihilo gravior, quàm ante? Quia si imponatur libræ, idem aër antea erat libræ impositus; sed non inclusus uteri, sicut nunc. Hæc quidem plana sunt ex nostra explicatione, sed ardua tamen adhuc restat difficultas. Vni corpori non potest competere duplex motus naturalis. Naturale namque agens non potest non agere, si non impediatur. Idcirco terra non potest non deorsum cadere, si nihil impedimento sit. Quodsi ergo duo motus contrarij ei forent naturales, à duobus contrarijs motibus simul posset moveri. Quæcumque enim rei competunt per naturam & essentiam, eorum unum non tollit alterum. At illud contradictionem implicat. Idcirco quæri potest, quâ vi aqua sursum feratur

ne

ne detur vacuum. Non enim hæc fuga vacui, quâ ſurſum fertur, ei poteſt eſſe naturalis, quoniam naturale illi eſt deorſum tendere. Eſt ergo motus violentus. Quare ab externo movetur motore. Quodnam illud eſt? Inane ſpatium eſſe non poteſt. Nam quod eſt non ens, ejus non datur realis actio. Nec terra magis in cauſſa eſſe poteſt, quàm ipſa aqua. A quo igitur cogitur? Paucis hoc explicabo. Corpus non poteſt penetrare corpus. Quum ergo hoc vacuum, quod jam vacuum, anteà corpore aliquo erat repletum, & hoc corpus cum ex eo migravit, alicubi manere debet: Reliqua ergo corpora ei cedere coguntur. Quare neceſſariò aqua cogitur ſeſe attolere ad vacuum illud replendum, ut detur ſpatium in quo eſſe poſſit corpus, quod migravit ex illo vacuo. Facilis ergo reſponſio ad quæſtionem propoſitam. Cujus vi fit ſpatium illud vacuum, ejus vi contingit talis quidam motus, quo ipſa aqua attollitur, & ab alijs corporibus premitur, quoniam corpus nequit penetrari à corpore. Ex quibus

bus intelligi poteſt, quanti apud nos fiant illa axiomata: unumquodque quieſcit in loco ſuo, & movetur naturaliter ad ſuum locum. Non enim quicquam per ſe quieſcit, niſi in centro, neque movetur, niſi ad centrum. Id tamen totius mundi non eſt locus.

SECT. VIII.

De ſapore & odore.

HIs tam arduis ac tam ambiguis diſcuſſis quæſtionibus, conemur reliquarum porrò qualitatum naturam planam facere. Primò de ſaporibus & odoribus; quamvis non multæ rationes occurrant refutandæ, nec argumenta ſuperſint multa ad noſtram ſententiam confirmandam. Sapor & odor ita ſunt conjuncti, ut ubi unus, ibi alter. Neque ſunt niſi in corporibus mixtis, ſed non in omnibus corporibus mixtis. Etiamſi enim terram miſceas cum aqua, nunquam inde fiet odor & ſapor.

Sed

Sed ſiccum miſceri debet cum humido ſalſo & oleoſo, ac à calore percolari. Propterea res duræ ſaporem nullum linguæ præbent, ſed dentibus atteri debent, ut guſtentur, manibus fricari ut odorem ſpargant. Tum quoque, ſi frigidæ ſint, nec ſapor guſtabitur, ſed calore linguæ calefieri debent, &, ſi ſint ſiccæ, ab humore linguæ humectari, nec odor percipietur, ſed ab aliquo calefieri debent, ut odor ſentiatur. Defertur enim odor ad nares in vapore. Nam & cerebrum iuvat, & amotâ re odoriferâ adhuc manet. Id fieri non poſſet, niſi in vapore deferretur. Sic enim ventis averſis unà aufertur odor, & quò ſpirat ventus, eò fertur. Res quoque odoriferæ, ſi aliquandiu ſparſerint odorem, marceſcunt. Quæ omnia non evenirent, ſi odor in vapore non exiſteret. Sunt verò odor & ſapor in corporibus beneficio temperamenti. Hoc enim mutato & illi mutantur. Quare aut idem ſunt, quod temperamentum, aut ob hoc producuntur. Sed quomodo corporis temperamentum poſſet efficere ens à ſe ſpecie diſtin-

distinctum? Aut quæ foret hujus distincti entis essentia? Atque hic iterum locum habet usitatissimum illud argumentum: entia non esse multiplicanda sine necessitate. Quare neque hîc distinctionem inter odorem & saporem, vel hos & temperamentum confingere decet veritatis studiosum. Nulla enim ratio, nullum distinctionis indicium. Taceo quod ex saporibus firmissimum indicium desumatur de temperamento. Id quod fieri non posset, nisi aut idem forent cum temperamento, aut necessarium ejus effectum: de quo, quid foret, aut quomodo fieret, plurimæ moveri possunt difficultates: quibus heri fortassis satisfieret. At eas non recensebo, sed hoc addo: si nonnunquam corpus alium habeat odorem, alium saporem, illud fieri vel quia nares & lingua diversi sint temperamenti, ut, quod huic gratum, illis sit ingratum: quemadmodum hic & ille homo diversum in linguis habent temperamentum, quandoquidem qui sapor huic placet, illi displicet: vel quia diversæ sint in corpore partes tenuiores &

craſſiores, & hæ aliud habeant temperamentum, quàm illæ: eſt enim odor in partibus tenuioribus, ſapor in craſſioribus. Ad quem modum videmus alimenta noſtra habere partes diverſi temperamenti; quarum convenientes ſubſtantiæ noſtræ adduntur, inconvenientes expelluntur. Quare illud idem, quod tactui eſt corporis temperamentum, linguæ eſt ſapor, naribus odor. Quia enim organa ſunt diverſa, etiam hæc diverſa eſſe putamus, quę in ſe ſunt eadem. Neque hoc abſurdum: eandem rem diverſimodè ſentiri pro organorum diverſitate. Contingit namque idem illud in titillatione venereâ. Tantam enim hæc parit voluptatem, non quia qualitates, quę ibi ſentiuntur, diverſæ ſunt (ſunt enim illę eædem) ſed quia organum diverſum eſt ab alijs tactus organis. Quodſi hîc idem diverſimodè ſentiatur, & diverſam in ſentiendo pariat voluptatem ob organorum diverſitatem, quæ quæſo ratio vetat, idem de ſaporibus & odoribus affirmare?

SECT.

SECT. IX.

De colore.

ITa de odoribus & ſaporibus, pergamus ad colores. De ijs ita ſentimus. Colores oriuntur oriente lumine, & occidente pereunt. Quare res non illuminatæ nullum habent colorm. Et corpora opaca in ſuperficie tantum habent colorem, non in medio. Vt ita ſecto pomo oriatur color in partium ſuperficie, qui anteà non inerat. Vnde verum illud Poetæ. Rebus nox abſtulit atra colorem. Cæterum ut hæc clarius introſpiciantur, colorum ortus paulo altius repetendus eſt. Corpus lucidum per ſe primò eſt viſibile: opacum verò non niſi illuminatum. Illuminatur à lumine: quod eſt ſpecies viſibilis ipſius lucis. Et quoniam omnis ſpecies in aliquo ſubjecto eſt, hoc lumen in aliquo corpore recipitur, non lucido, ſed diaphano vel opaco. Corpus diaphanum permeat, quoúſque poteſt:

ab opaco reflectitur. Quare in opaci superficie tantum consistit: sed per diaphanum corpus totum est diffusum. Neque tamen corpus diaphanum facit esse diaphanum, neque ejus dici potest actus: sed corpus illud per suam essentiam est transslucidum, non per lumen. Ita enim per aëra tenebrosum æquè benè videri potest, ac per aëra illuminatum. Imò melius. Nam lumen aëra colorat: qui color impedimento est visui, quo minus tam accuratè alios intueatur colores. Videri ergo potest quicquid illuminatum est, quousque illuminatum est. Eousque enim habet colorem. Sic namque aër illuminatus non tantum in superficie, sed & in medio habet colorem: æstate cæruleum, at hyeme paulo magis albicantem. Quæ diversitas diversæ illuminationi tribui debet. Color hic videtur, ubi nulla alia corpora opaca sunt objecta oculis. Neque enim visus in infinitum usque protenditur, sed tandem sistitur. Sic & aqua videtur & in superficie, & in medio: præcipuè fluvialis. Species autem visibilis repræ-

repræsentat illud medium, dum repræsentat distantiam partium. Lumen autem recipi quoque in superficie corporum opacorum,& ab eâ reflecti facile potest evinci ex experientiâ. Si enim soli ex diverso opponatur corpus aliquod læve, in superficie illius lumen receptum apparet. Sol si per vitrum micet, lumen consistere videtur in pariete. Atque sic statuimus lumen receptum in corpore opaco aut diaphano esse ipsum colorem: illud verò,& à quo lumen in illo corpore producitur, sive sit corpus lucidum, sive aliud lumen,esse coloris caussam: quod ipsum ex aliquot experientijs evincemus. Variato lumine variatur color. Sic enim alius rerum apparet color si à sole illuminetur, alius,si ab igni, alius, si à lunâ, alius,si à candela. Et quo magis illuminantur, eò rutilantior videtur earum color. In umbrâ verò videntur nigricare, quia admodum debili illustrantur lumine. Quodsi nunc vi luminis varius oriatur color, utique ejus vi oritur color: quoniam varius color est color. Neque putandem est noctu, si alius appareat, ita

 videri,

videri, non esse. Quo enim modo videremus illud, quod non foret? Quare si ille color diurnus manserit in re de nocte, duos necesse est eidem rei inesse colores, nempe diurnum, qui noctu non videtur, & nocturnum, qui videtur. Et quum hic posterior de die non insit, noctu autem insit, necesse est, ut vi luminis ortus sit. Quodsi hic nocturnus lumine nocturno fiat, quid ni pari modo diurnus lumine diurno? Aut quomodo diurnus non videretur, si noctu adhuc esset, & illuminatus quoque esset? Ex hisce angustijs se nunquam poterunt expedire. Sed addam adhuc majora. Quàm varij nubium nonnunquam appareant colores? Vt ne ullus quidem extiterit pictor, cui tantæ varietatis facta fuit copia. Et tamen hæ nubes vapores sunt, & hi omnes eundem habent colorem. Qualem habeant, per se notum est. Et in tenebris nigricant: è camino autem egressi albicant. Quin & de nocte occidente sole amittunt diversos hosce colores, & ad pristinum redeunt unum omnium.

Quare

Quare à lumine solari tot tamque diversi in nubibus oriuntur colores. Ipsæ enim nubes non habent in sese tam diversum temperamentum, à quo oriantur, neque aliquid aliud, cui hoc ipsum abscribi potest. Imò quod in sese habent, hoc ipsum & de nocte manet: colores tamen hi non manent. Sed nubes tantum differunt secundum raritatem & densitatem, quantitatem, altitudinem, & si quæ ejusmodi alia. Sol autem per lumen author est omnium eorum colorum. Neque sat est, si dicamus esse tantum apparentes; quod vulgò solet garriri hac super re. Quo enim modo possunt apparere, si nō sunt? Oculi eos vident: species nubium eos repræsentant. Quæso, quomodo possunt esse in his nubium speciebus, si in ipsis nubibus haud sint? Aut à quo in nubium speciebus producti sunt? An non, qui eos produxit in speciebus, potuit eosdem producere in nubibus? Potest, quia ejusdem utrumque laboris. Imò, quia planè idem hîc color est in speciebus. Produxit quoque, quandoquidem nihil est in rei specie, quin etiam in ipsa re existat.

Atque idem diſputari poteſt de coloribus maris, qui unius aquæ apparent varij. Sed urgeamus rem paulò acrius. Noctu ſi tenebræ ſint, res nullum omnino habent colorem, niſi nigrum: modo hic color appellandus ſit. Quamvis vix tenebras inveniamus, quę non aliquid luminis habent commixtum. Si haberent colorem, cur illæ non viderentur? Quia ſunt tenebræ, reſpondent. At nos, non videntur res, quia colorem non habent. Nam lumen non requiritur aut ex parte oculorum, aut ex parte diaphani.. Illi enim ſine ullo lumine per aërem non illuminatum conſpicere poſſunt rem illuminatam procul diſtantem. Laternę longum diſtanti ſi directè opponas ſpeculum, in eo non illuminato videbis ſpeciem illius laternæ delatam per aëra obſcurum. Quare lumen requiritur, ut res videatur, quæ nequit videri, niſi ſit illuminata. Aut ergo res non illuminata nullam ſpargit ſui ſpeciem, aut eam ſpargit, quę non repręſentat rei colorem. Si nullam ſpargit non illuminata, neceſſe eſt ut vi luminis hæc ſpecies producatur. Quid

ergo

ergo novimus in re colorem esse, si à lumine hæc species producatur? Aut quare non potius asserimus lumen efficere colorem in re, qnàm rei speciem, quum in re non alius debeat esse color, quàm sit in rei specie? Cæterum lumen speciem rei non efficit. Non enim in tenebris lumen: & illæ tamen corporum non lucidorum sunt species: quæ repræsentant illa, prout nondum lumine illustrata sunt. Adhæc niger color nullum recipit lumen, & tamen ejus datur species. Spargunt igitur res non illuminatæ quidem species, sed in ijs non est color. Hic ergo vi luminis fit. Quare in rebus non est. Nam quæ foret caussa, quod in rei specie non foret id, quod in re esset? Aut si in specie rei vi luminis oriatur color, quidni in ipsâ re? An non ejusdem est utrumque laboris? An non idem color est in re, qui in rei specie à lumine statuitur productus. Sed ut omnia persequamur, quæ ab alijs colorum caussa constituitur? A multis calor, & temperamentum corporis. At si calor potest efficere colorem, quidni quoque lumen?

Præcipuè quum ijs viris lumen nobilior ſit qualitas calore. Et quæ cauſſa, quod color non ſit index temperamenti, ſi ab eo ſemper oriatur. Fateor quidem aliquod ex ijs indicium nonnunquam ſumi poſſe: ſed illud fit, quatenus tales qualitates ſecundæ ad tales requiruntur colores, quæ fieri non potuere, niſi à talibus primis qualitatibus. Alij ſaniores ajunt, ex commixtione luminoſi & opaci colores generari. Ab hiſce non longùm abſum: ſed alijs verbis hoc ipſum latius declaro. Nam quæſo, quomodo lumen cum opaco miſceri poteſt in medio rei opacę. Neque enim lumen ſe patitur intus contineri. Aut quo tandem modo de nocte erit color: ſi nocte lumen nullum ſit ibi, & color non ſit, niſi ubi lumen cum opaco mixtum? Nos ergo, poſtquam demonſtravimus vi luminis oriri colores, eorum eſſentiam clarè declarabimus. Lumen unum producitur ab altero: omnium primum à luce. Et lumen productum, eſt in corpore ſive diaphano, ſive opaco. In diaphano toto eſt: in opaci ſuperficie: & ab ea reflectitur. Corpus illud, in quo eſt, ſui

ſpargit

ſpargit ſpeciem: lumen in corpore exiſtens eodem modo. Ex duabus iſtis ſpeciebus fit una mixta ſpecies, quæ eſt coloris. Quemadmodum ſpecies alicujus rei exiſtens in ſpeculo ſpargit de ſe ſpeciem: ſpargit & ſpeculum, ſui ſpeciem. Ex utrâque fit una, quæ repræſentat ſpeciem rei exiſtentem in ſpeculo. Ita ergo lumen in ſuperficie rei exiſtens mixtum eſt in tenebris in eâdem ſuperficie per ſeſe exiſtentibus. Ab iſtis commixtis una ſpecies ſpargitur, & iſta duo in re ſunt unus color. Lumen autem in corpore exiſtens, productum eſt à lumine extra corpus exiſtente. Quare eo remoto & hoc lumen amovetur; & mixtio ceſſat, eo accedente rurſum fit mixtio. Neque enim hæc aliter fit, quàm recipiendo: ſicut per ſimile de ſpeculo hoc declaratum eſt. Quare color eſt ipſum lumen. Neque enim diſtinctum ens ſtatuendus eſt, quandoquidem entia abſque neceſſitate multiplicanda non ſunt, & omnino explicari nequit, quî lumen hoc diſtinctum à ſe ens producat. Nigrum verò omninò nihil

recipit

recipit in suâ superficie luminis: sed ejus de die superficies eadem est, quæ de nocte. Noctu omnia nigra sunt. Apparet autem corpus nigrum diu ab alijs distinctum, quia alia in superficie aut medio illuminata ab hoc distincta apparent. Noctu nulla corporum apparet differentia inter se, aut figura, quia in superficie omnia nigra sunt. At die oritur differentia: quia in hoc corpore aliter lumen miscetur, quàm in illo: oritur & figura; quæ ubi hoc desinit, & aliud incipit, hujus coloris sunt termini. Satis hæc probabilia forent, nisi una adhuc restaret difficultas è medio tollenda, si fieri potest. Cur ergo tot diversi apparent colores, ubi unum lumen, quo illustrantur? Rationem in specie dare haud novimus, in genere hanc damus. A diverso lumine oriuntur diversi colores. Ita enim alius color est in rebus à sole illuminatus, alius in ijs, quæ à lunâ illuminantur. Deinde ob diversa subjecta recipientia lumen, oritur diversus color. Lumen enim fieri diversum, si in diversis sit subjectis, testatur hoc exemplum: eâdem candelâ si accendas a-

pidem,

dipem,si stramen,hujus flamma multò flavior erit,quàm illius. Quæ flammæ diversitas oritur ex diversitate materiæ. Porro vapores in mediâ aëris regione non differunt, nisi secundum raritatem & densitatem,ut & secundum quantitatem. Et tamen nuspiam plures diversi colores, quàm hîc:quum tamen ab eodem lumine illuminetur. An non ergo idem in alijs contingit corporibus? Sic enim videmus quò corpora densiora, eò propius quòd accedant ad nigrorem. Sed & hic apud nos viderſa sunt corpora,diversę essentiæ,diversimodè hæ quoque miscentur. Quàre diversimodè quoque lumen in superficie receptum ab his tingitur? Nam species corporis,etiamsi illud nondum sit illuminatum, repræsentat, quicquid est in corpore. Ergo diversa est,ubi diversum corpus. Propterea & diversus color. Nam lumen cum hac specie commiscetur,& cum variâ variè. Hæc caussa varietatis colorum : quam si minus probes,opponam tibi omnes nubes cęli,ut prius caussam varietatis in ijs colorum declares,quàm me ob hæc reprehendas.

SECT. X.

De sono.

SOni ortus ita vulgò solet describi: duo corpora colliduntur, collisa intermedium aëra cogunt, percutiunt, & percutiendo frangunt: repercussione hac fit sonus: Sic & vox oritur: nempe spiritus è pulmone vehementer expulsus ferit aërem in larynge, id est, capite tracheæ arteriæ cartilaginibus & musculis constructo contentum, eumq; constringit ab laryngis cartilagines, ut per linguam exeat: à quâ deinde, ut & à palato, labijs, dentibusque variè dearticulatur. Auditur autem sonus, quatenus aër diffunditur expulsione quâdam in gyrum factâ, atque ita sono afficitur aër vicinus: ita tandem afficitur sono aër in auribus existens, qui movet tenuissimam & robustissimam pelliculam in auribus existentem, quam tympanum vocant, à quâ movetur nervus auditorius spirituum plenus è cerebro ad hoc tympanum delatus: quo commoto anima sonum percipit.

cipit. Est autem tympanum illud tenuissimum, ut facillimè sonum deferat, & robustissimũ, ut aëri externo deneget ingressum ad cerebrum. Ita vulgò sonus describitur: ut à nobis aliter. Aër repercutitur, & variè repercussione figuratur: repercussus in gyrum diffunditur: sicut in aquâ circuli exoriri solent: diffusus simili motu afficit aëra, tandem aëra contingit, qui in aurium anfractibus situs: ille ita commotus movet tympanum, quod contingit: hoc porrò nervum auditorium: quo commoto moventur omnes spiritus in ipso existentes, & ab ijs porrò reliqui in ventriculis cerebri contenti: quorum motum sentiens anima videtur sibi sonos exaudire. Repercutitur autem aër, quia ita fert ejus natura, ut aliter motus non pariat sonum, neque aures nostras instar chelijdis factas possit intrare, nisi in gyrum agitatur. Echo verò contingit, quando idem aër secundum eandem figuram & motum repellitur à corpore concavo, quod contingit: quo iterato motu iteratur quoque sonus. Ex quibus apparet vulgarem sententiam &

nostram

nostram in hoc convenire, quod idem passim tradant de motu & figuratione aëris: in hoc verò dissentire, quod vulgò putent, ab hôc aëris motu sonum effici, qui ab animâ audiatur: nos putemus animam ipsam spirituum motum ab illo aëre factum sentire, & illum pro sono habere. Ingens utramque sententiam premit difficultas: quomodo oriantur tot diversi soni? Perinde enim est ad hanc, sive sonus sit ipse aëris motus, sive oriatur ab aëris motu. Si enim motu aëris contingat, non erit diversus, nisi ob diversum aëris motum. Cæterum in specie reddere rationem sonorum non est nostrum: in genere tamen hæc datur ratio: quia diversimodè repercutitur. Alio enim modo repercutitur à corpore duro, alio à molli: alio à crasso, quàm à tenui; alio à raro & poroso, quàm à denso: alio à corpore æquali, quam ab aspero: alio à vase pleno, quam à vacuo: alio à corpore concavo, quam à plano. Illud si percutiatur, fiet tinnitus: quia totus aër simul concutitur, qui intus continetur, simul autem exire nequit, sed pars
post

post partem exit pedetentim. Ideoque tam diu durat ille sonus, quam diu durat motus. Sed & aër movetur certo modo & figurâ, aut in longum aut in latum, aut alio modo. A quâ variâ figuratione variæ oriuntur consonantes. Ita enim aliter figuratur aër, quando pronuntio B. quàm quando C. Videtur quidem captu difficile: fieri posse tantam diversitatem sonorum ac motuum aëris, sed tamen ita se rem habere argumento evidentissimo sunt musicorum instrumentorum nervi. Quum enim sonus sit vel gravis vel acutus, vel ex his mixtus, quàm varij unius ejusdemque nervi apparent, si vel intendatur magis vel remittatur. Quò enim intensior nervus, eò est acutior sonus: quò remissior, eò gravior. Acutus etiam est, quando aër movetur velocius, & crebrius: gravis, quando tardius. Quodsi quærant, quî fiat, quod aër repercussus sonum pariat; at non si alio modo moveatur, scilicet motu recto, haud aliam afferre possim rationem, quàm; ita ferre aëris naturam & essentiam. Ita hæc explicata sunt: sed non-

 dum

dũ nostra sententia satis confirmata. Quare proferamus quoque aliquot rationes in medium. A sonis variè commovemur; varij quoque ab ijs in nobis excitantur affectus, ira, mæror, lætitia, audacia, trepidatio, fletus, risus. At hi cordis sunt affectus. Et affectus sunt motus cordis Cor autem moveri nequit nisi à spiritibus. At sonus in spiritus nequit agere alio modo, quàm movendo illos. Non enim spiritus hunc sonum aut recipiunt, aut dijudicant, quum vim sensitivam non habeant. Hæc verò qualitas nequit movere spiritus: sed aër esse debet, qui moveat nervum auditorium, & per illum spiritus. Si qualitas spiritus moveret, illa tactilis foret. At sonus non est talis. Quare sic. A quo spiritus moventur, illud est aër motus. A sono moventur. Ergo & ille est aër motus, vel potius aëris motus. Ita quoque si suber scindatur, aut simile quid, sentimus totum commoveri corpus. Præterea susurrum quendam in capite nonnunquam audire videmur. At ibi non est aër. Qurre nec qualitas hæc soni: quæ oritur motu aëris. Sed sonus ibi contingit, quia spiritus

ritus moventur. Adhæc si manũm auribus imponas, audietur continuus quasi susurrus quidam, quum tamen manus non moveatur ideoque hanc qualitatem non possit efficere. Sed susurrus hic fit, quia aër continuò à manu premitur, ideoque continuò tympanum leniter pulsat, unde continuus susurrus. Quodsi hisce nondum sis contentus, explices mihi, quo tandem modo à sono vehementiori homines queant interfici, aut in căpite lædi, si sonus non sit aëris motus? Sed firmiora adhuc promam. Auditus fieri nequit, nisi tympanum pulsetur. Et ita fit auditus, quatenus anima hunc percipit motum. Tympanum illud pulsari, aut moveri nequit à qualitate tali, qualis illis est sonus.

Nam si accidens non migret de subjecto in subjectum, nec qualitas hæc movere potest tympanum, nisi unà moveatur subjectus aër, in quo sit. Quare sic habemus, quod volumus, aëra necessariò moveri. Quodsi sonus tympanum moveat, habemus itidẽ, quod volumus: nempe animam sentijsse sonum, quatenus percipit motum

ipsius tympani. Atque hinc demonstratur non esse hujusmodi qualitatem. Deferretur enim in aëre & cum aere propter hunc finem, ut tympanum moveret, cujus motum anima perciperet. At hoc sequuntur duo absurda. Vnum est; entia multiplicari absque necessitate. Nam ab aëre satis moveri tympanum diximus. Alterum est: sonum hunc scilicet peculiarem qualitatem esse frustra. Nam aer movet tympanum, cujus motum anima putat esse sonum. Hoc enim posterius & adversarij debent concedere. Quum enim sonus non fit nisi in aëre: tympanum autem illud tenuissimum non habeat in sese aëra, quia non habet poros; nec est capax soni. Quod enim per vitrum & ejusmodi corpora audiamus, caussa est, quod sint porosa, & in se habeant aera. Quare hæc qualitas, scilicet sonus ab anima non sentitur, sed tympani motus, quandoquidem sonus tenuissimam illam ac robustissimam pelliculam nequit transire. At illa pellicula movetur ab aere. Quare nullum ob finem hæc distincta ponitur qualitas. Et quæram porrò: si so-

si sonus sit ejusmodi qualitas, qui fiat, quod vento adverso non æquè res audiatur, ac secundo, & secundo, melius adhuc, quàm aere pacato? Res enim visibilis æquè videtur. Nec satis si dicas: esse materialem qualitatem; quæro enim, quomodo hæc esse possit, & hoc materiale, quid tandem sit? Quodsi nos quoque interroges: si sonus sit aeris motus, quomodo fiat, ut adverso vento adhuc audiatur: res declarabitur per simile in aquæ circulis, sicut enim hi quoque tendunt per fluctus adversos: quamvis multum ab ijs tardentur: ita aeris circuli tendunt per ventum adversum. Sicut enim aquę, si in eam aliquid conjicias, multi fiunt circuli, quia est fluida: ita quum aer adhuc multò magis fluidus sit, putandum est adhuc citius in eo oriri hujusmodi circulos, & velocius moveri. Atque ex hoc quoque intelligitur, quomodo duo soni simul audiri possunt, si sonus sit aeris motus. Postremò quæram, quid sit hæc distincta qualitas, & quomodo fieri. Neque enim ulla alia apparet actio, quàm motus localis aeris. At per

 motum

motum localem non poteſt produci hujuſmodi qualitas: quia ejus terminus non eſt ens, ſed ubi. Fateor poſſe regeri de calore & frigore, quę producuntur à corporibus, quando moventur: poſſe igitur aërem producere motu ſuo ſonum, ſicut eo producit frigus. Cæterum ita adhuc alia reſtat difficultas. Si ſonus ſit ens reale ab aëre diſtinctum, & non ſemper duret, ſed ſtatim intereat, neceſſe eſt ut ab aliquo extinguatur. Nihil enim ſe ipſum in nihilum poteſt redigere. Sicut nihil quoque ſe ipſum poteſt facere. Hoc ergo quodnam erit? Atque hîc iterum hæret aqua. Si aerem, ſi aquam, ſi terram, ſi calorem, ſi frigus ſtatuas, tot exſurgent difficultates, ut nunquam te poſſis expedire: quas hîc recenſere non eſt operæpretium, quandoquidem nullum tamen amplexurum ſententiam pro certo habeo. Hæc ſunt, quæ de qualitatibus meditati ſumus, tam ardua, ac abſtruſa pleraque, ut magis pro opinionibus, quàm demonſtrationibus habenda ſint.

EXER-

EXERCITATIO. OCTAVA.

DE RELATIS.

TAntis superatis difficultatibus, leviora quędam tractanda sunt de relatis. Hęc enim quamvis inter entia vulgò numerari soleant, tamen, quod illud perperam fiat, evidentissimè potest demonstrari. Neque ego alicujus facio vulgarem entis in decem prædicamenta distributionem, quam nobis opponent: sed quo jure ens ita distributum sit, hîc passim inquiro.

Nego relata esse & entia, & realia accidentia, & modos entium: sed ajo esse denominationes reales, quæ supra explicatæ sunt. Id ipsum aliquot argumentis comprobabo. Ordiamur ita, in Deo nihil reale est, quod ipsi non sit essentiale. A quo enim ens hoc fuisset factum, quem ob finem? Quomodo? Et quod in ipso foret? Relatio tamen verè est in Deo. Dicitur enim creator; & quidem verè hoc de ipso dicitur. Creator autem & creatura relata sunt:

nec tantùm, uti ajunt, secundum dici, sed & secundum esse. Nam quare pater & filius magis forent relata secundum esse, quàm creator & creatura? An hæc illis dependent magis ab intellectu nostro? Non puto. Esse verò creatorem non est Deo essentiale. Non enim sibi essentialia sunt, quorum unum ab altero potest separari. At Deus erat Deus, quum nondum foret creator, ante conditas creaturas. Quum igitur hæc relata nihil sint reale, nec reliqua reale quid sunt; quandoquidem dè hisce omnibus eadem est ratio.

Præterea nullæ relationes transcendentales sunt entia realia. Sunt enim entis in genere affectiones, ac cuilibet enti possunt attribui. Neque idem sunt cum ente, cujus sunt affectiones, quia ab eo possunt separari. Id satis in Deo apparet, qui ante conditum mundum erat ens: non tamen caussa vel effectum. Quodsi ergo hæ relationes sint entia, necesse est, ut sint entis species. Esse nequeunt. Non enim sic entis forent affectiones, nec de quolibet ente dici possent, sicut jam dicuntur. Neque

que enim species dici potest de toto genere. Quodsi ergo neque hæ transcendentales relationes sint entia, nec reliquæ pro entibus habendæ sunt. Adhęc, duo termini sunt necessarij, in quibus tanquam subjectis fit relatio. Hæc non est una in utroque subjecto: quia cùm illa subjecta non sint unum ens, nec accidens in ijs esse potest per se unum. Neque etiam duæ sunt relationes; una in hoc, altera in illo. Sic enim realiter distinguerentur. Quare separari quoque possent. At nequeunt. Ablato enim Iulo filio, non potest remanere in Ænea paternitas, neque ablato Ænea in Iulo filiatio. His adde quartum. Quum relata non sint entia à se, si sint entia, ab aliquo fieri debent, quando fiunt, & extingui, quando intereunt. Illud quoque aliud esse debet; quia nihil à se ipso fieri potest, aut corrumpi. Posito ergo Hectore Priamus factus est pater. A quo quæso? Posita in hac chartâ unicâ tantum litterâ, nulli adhuc est similis aut dissimilis. Quia nulla alia adhuc est, cui foret similis vel dissimilis.

At si postea addam aliam litteram, statim erit huic similis aut dissimilis, & consurget relatio in utraque. Vt taceam de hac posteriore litterâ: à quonam illud reale in priore productum est, quod antea non inerat? Aut à manu meâ, aut ab hac posteriore litterâ? Non ab hac: Nulla enim ejus data fuit actio. Quo ergo modo ens reale produceret in subjecto alio, & quidem eo, quod ab ipso distaret? Non à manu meâ. Nam hęc, quum produceret litteram posteriorem, nullam exercuit actionem in priorem. At omne ens per actionem fieri debet, quod fit. Atque idem de corruptione dici potest. Sic mortuo Hectore Priamus desinebat esse ejus pater. A quo quæso illud accidens reale extinctum est in ipso? Ab Hectore, aut ab Achille? Vterque nullam actionem exercuit in Priamum. Multi hîc respondebunt relata hæc per resultantiam fieri. Sed nihil hoc ad rem facit. Etiamsi enim fiant per resultantiam, tamen ab aliquo fieri debent, eoque alio. Neque à suo subjecto fieri possunt. Quo enim modo littera

illa prior postea in se ipsâ hanc effecisset similitudinem, aut dissimilitudinem. Neque à se ipsis resultare possunt. Ita enim à nonnullis sophistis accipitur resultare: quam quidem resultantiam ego hucusque in Physicis nusquam observavi. Sed illorum hominum vanitates tantę sunt, ut me pigeat refutationis, recensionis pudeat. Si hisce rationibus nostris haud acquiescant, adigam illos ad suorum dogmotum probationem, quam forte ad calendas Græcas præstabunt. Entia non sunt multiplicanda absque necessitate. Quare si nulla dari possit ratio, nullum extet indicium, ex quo ea esse entia arguatur: nec hoc est asserendum. Si quæ sit ratio, detur illa, & sine magno negotio ex ijs, quæ partim dicta sunt, partim dicenda, poterit refutari. Nam quamvis à ratione non sint conficta, non inde tamen sequitur, quod sint entia; quum nec reales denominationes ab intellectu sint confictæ.

EXER-

EXERCITATIO . . NONA.

DE MOTV.

SECT. I.

De actione & passione in genere.

SIcuti quantitatis, qualitatisque, & relatorum scrutati sumus essentiam & naturam: ita in reliquorum accidentium contemplatione nos quoque exerceamus. Actio & passio vulgò pro entibus haberi solent: sed quo iure, nondum video. Fateor quidem agere & pati rebus verè convenire absque mentis fictione, denominari quoque res ab ijs agentes & patientes: diversas quoque agentes & patientes à diversis actionibus & passionibus. Sed hinc ad summum infertur actionem passionemque esse entium modos. Id quod nos & hîc utrâque damus manu, & in superioribus manifestum fecimus. Quod autem pro entibus realibus haberi nequeant,

queant, solidè potest demonstrari. Inter demonstrationes afferri potest usitata illa: entium numerum augeri non debere, nisi certa ratio ad auctionem cogat.

Nam quæ rationes ab ijs afferri solent, hoc ad summum evincunt: esse reales modos. Cæterum hac non sumus contenti demonstratione: sed evidentiores in medium proferemus. Actio & passio sunt ipsum rerum fieri & perire: modo excipiatur motus localis. Illud fieri non est, quia non fit, neque factum est. Si fieri factum esset, præsens foret præteritum. Si fieret, nondum esset. Imò in infinitum daretur progressus. Nam de fieri hoc rursus quærerem. Sed ut res sit, fieri requiritur, quod non est aliquod esse, sed tantum modus, quo illud esse incipit. Quodsi actio & passio entia forent, essentiam haberent contingentem, eamque ab alio. Neque enim sunt entia necessaria, quia aliquando non fuerunt, & possunt aliquando non esse. Habuerunt ergo suum produci & producere: quia cujuscunque contingentis entis datur esse, ejus aliquando datum fuit fieri,

fieri, & hoc fieri est passio, & ejus facere actio. De illo ergo produci & producere iterum quærendum est, an sint entia? Atque ita aut in infinitum usque progredieris, aut hoc tibi confitendum est, quod nonnulli putant, rem fieri per actionem, actionem verò non per aliam, sed per se ipsam. Cæterum ita interrogaberis: Si actio possit fieri per seipsam non intercedente alio ente, cur non & res producta potuerit ita fieri? Et sanè omninò absurdum est: solem non posse calefacere aëra, nisi prius producat aliquod ens intus in se, nempe actionem, per quod deinde producat calorem extra se. Atque idem de interitu quoque dici potest. Si enim reale quid forent, & non semper durarent (non autem durant posito termino) ab aliquo extinguerentur, & quidem alio. Nihil enim corrumpitur à nihilo, nihil quoque à se ipso. Vt taceam de reliquis actionibus, à quo in nihilum redigebatur creatio? Non enim adhuc illa durat: quia Deus alias adhuc actu esset creans. Non à creaturâ

potest

poteſt extingui actio divina. Si à Deo in nihilum ſit redacta, quæro an per aliquam actionem, an non? Si per actionem, de hac eadem redibit quæſtio, & finis non dabitur. Si abſque actione in nihilum redacta eſt creationis entitas, quidni & abſque actione tali annihilari poſſunt aliæ res? Quidni & creari potuerunt abſque tali ente? Interim haud puto Deum hunc numdum creaſſe abſque actione, & abſque ea illum annihilaturum: ſed hoc ajo: actionem illam non eſſe aliquod ens reale. Ideoque Deum poſſe mundum hunc creare, & annihilare, ut nullum intercedat medium ens, per quod hoc faciat.

Quum enim omne eſſe habeat ſuum fieri & perire, actionem, paſsionemque haud ſtatuimus aliquid eſſe, ſed ipſum cujuſque fieri & perire: quod quia in continuo fluxu eſt, nunquam eſt. Addamus his argumentis adhuc alia. Actio & paſsio ſi ſint ens, creatum erunt, aut increatum. Increatum eſſe nequeunt, quia ab aliquo ſunt, & initium habue-

habuerunt. Creatum si sint, & creatio erit ens creatum. Creationem autem, seu τὸ creare esse creatum, est præsens esse præteritum. Taceo, quod realia accidentia in Deo darentur. Actio enim foret in agente. Et creatio non posset esse creans Dei essentia: quoniam hæc ab æterno fuit, illa in tempore cæpit. Adhęc res in instanti fit: vel saltem à Deo facta est, aut fieri potest. Ante illud instans nec actio erat, nec passio. Non enim erat res, quæ in illo instanti primum esse cępit. Quare si fuisset passio; in nullo fuisset subjecto; quandoquidem in agente esse non potest. Nec post illud instans existit aut actio aut passio; quia posito termino cessant. At ille in uno instanti ponitur. Si per plura durarent instantia, res non fieret in uno instanti; quoniam, quamdiu actio & passio durant, tamdiu res fit. Est autem τὸ fieri ejus passio, & τὸ facere actio.

Quum ergo ante illud instans non fuerint, in eo sint, post illud non sint, necesse est ut in uno indivisibili instanti & fiant & intereant. Hoc autem implicat contradictionem.

dictionem. Quæ enim fiunt in uno indivisibili instanti, ea simul fiunt. Simul ergo illæ & fiunt, & existunt, & intereunt. Simul quoque duo contraria eidem tribui possent. Denique si sint entia, quando esse desinunt, necesse est ut ab aliquo extinguantur. Illud, quamdiu agit, non extinguit actionem & passionem, sed potius efficit. Quare quando extinguit, necessariò ab omni actione quiescit. At hoc implicat contradictionem: agens nihil agendo efficere, ut aliquid desinat esse ens. Nihil enim agit, quando ab omni actione quiescit. Possem plura argumenta coacervare, sed ijs haud opus esse puto. Satis enim ex his intelligi potest, productionem rei & extinctionem nihil reale esse. Tantum abest, ut motus localis ens dici possit, si hæ ens non sint. Quum enim motus localis termini non sint aliquid novum esse, sed novum ubi, non putamus aliquod ens produci, quando hîc fit, aut corrumpi, quando cessat, quod itidem ex superioribus rationibus evinci potest. Sed ad alia.

Alijs verbis describi commodius haud potest. Est autem hæc vis modus entis, quemadmodum in superioribus disputatum est. Qualis autem sit ille modus, & quid, latere me fateor ingenuè. Nec puto explicari posse. Interim dari hanc vim certo certius. Sentiri enim potest. Lapillus, si deorsum cadat, vi ferit illum, quem tangit. Sed hęc vis ei est naturalis. Quodsi eundẽ lapillum violentè dejicias, multò majore vi percutiet illum, quem tanget. Hęc major vis ipsi non est naturalis. Non enim anteà aderat. Quum ergo eam nunc habeat, ab aliquo necesse est ut habeat, & quidem distinctam, quum eam anteà non habuerit. Movetur quoque multò celerius, quando vi projicitur; quàm si proprio motu cadat. A vi ergo impressâ celerius movetur. Quare ab eadem quoque movetur. Imo si sursum projiciatur, totus movetur à vi impressâ, quæ vis habet rationem ponderis; & gravitatis cujusdam prementis. Reliquas actiones simili modo fieri remur. Nempe esse vim quandam similem, quæ procedat, quasi ab agente, & per quam producatur

res: & hoc ipſum produci eſſe ipſam rei paſſionem. Latius hæc à me intelligi & explicari nequeunt.

Spiritus ergo moventur à ſe ipſis, quocumque placet. Quia enim habent eſſentiam actuoſam, & ipſi ſibi imprimere queunt hujuſmodi vim, & alij, ſcilicet corpori alicui. Quia libera agentia ſunt, vim indunt prementem eò, quo ipſis placet. Ita anima ſe ipſam movet à corpore ſeparata. Ita movet corpus in quo eſt; ſed animæ vis tam exigua eſt, ut à reſiſtentia corporis, quâ corpus fertur ad centrum, tandem vincatur. Angelorum vis major eſt. Sed corporibus non puto conceſſum eſſe hoc privilegium, ut ſibi ipſis poſſint vim hanc imprimere. Non enim ſcirent, quando opus foret hac vi, quia intellectu carent. Idcircò puto hæc corpora à Deo ita eſſe condita, ut ad motum forent indifferentia. Ipſe ergo Deus vim hanc ijs impreſſit, quâ ad centrum moventur: eamque adhuc in ijs conſervat. Vis hæc à corporibus tolli nequit, niſi àb eo, qui illam impoſuit. At impediri poteſt interim à vi

majore,

majore, quæ corpori alicui imprimi potest. Cæterum hæc vis adventitia non est perpetua, quia hæc vis ad centrum resistit illi, & tandem vincit illam. Stellis verò vis impressa est, quâ hoc circulari moventur motu, quo jam moventur. Neque hoc absurdum est vim imprimi ad circularem motum. Id enim & à nobis fieri potest. Pila filo affixa, si bis terve circulariter moveatur, etiam posteà, qnando à manu movetur, hunc motum servat, quamvis tandem cesset ob resistentiam pilæ naturalem. Atque hæc caussa est, quòd unico motu res moveatur naturaliter. Non enim ad duos diversos terminos simul moveri potest. Quare nec vis ei imprimi, quâ ad eos moventur. Vis enim naturaliter indita semper agit, nisi impediatur. Vna ergo vis impediret aliam, si plures rei inditæ forent.

Quare illa quoque, quæ motu violento moventur ab hujusmodi vi impressâ moventur. Ita enim si manus projiciat lapidem, anima imprimit manui ejusmodi vim, quâ paululum movetur, manus de-

indeq eam indit lapidi, quâ lapis movetur, quando non contingit manum. Nam qui hoc aëri ascribunt, minus circumspectè agunt. Non enim potest ascribi aëri lapidem insequenti: nec quoque antecedenti. Etenim nonnulli in eâ sunt opinione: aëra tantâ vi sequi ad replendum vacuum, ut lapidem propellat. Alij in hac: aërem antecedentem findi motu lapidis, ut eò necessariò moveatur lapis, ne vacuum detur. Quibus duabus sententijs an quicquam fingi possit ineptius, dubito. Vtramque enim refutat hoc; quodsi ab aëre moveretur, nunquam finis hujus motus esset futurus. Deinde aër non fortius sequitur, quàm lapis procedit. Non enim datur vacuum, quod repleri debeat: quoniam ex quo spatio abit lapis, illud non tantum repletur aëre sequente, sed etiam antecedente, qui suum spatium concedit lapidi. Propterea tantum abest, ut moveatur ab aëre sequente, ut etiam aër antecedens ei resistat. Et etiamsi moveretur ab aëre sequente, tamen plus ei præcedens resisteret. Neque putandum est aërem antecedenceden-

cedentem findi, ſicut lignum finditur, ut, quum lapis moveatur, ſtatim ingens fiat hiatus ab omni corpore vacuus, quò lapis neceſſario feratur. Sanè aër nimis fluidus eſt, quam ut ſpatium tale relinquat vacuum. Poſſem multas rationes coacervare, ad illud impugnandum; ſed ineptiarum me tędet. Satis enim abſurdum per ſe eſſe puto; lapidem vi aëris furſum moveri ad metam illam, ad quam dirigebatur. Imo non ſolum lapidem, ſed & tormenta bellica, ſi explodantur, aër æneos iſtos globos per tantum ſpatium tantâ violentiâ deferet in rectâ lineâ ad certam metam intentam. Nugæ. Neque hæ nugæ ſufficiunt, ſed ijs addunt adhuc alias. Gravia, quæ deorſum cadunt, in fine velocius moventur, quàm in principio, aut in medio. Hujus rei cauſſam afferunt aera, quod ille in fine minus reſiſtat. Sed hoc inde natum eſt, quod aera findi putarunt, ſicut lignum. Id quod ridiculum eſt. Sanè ſi aer in fine minus reſiſtat, id inde veniet, quod lapis fortius moveatur: Nam aer in

se idem manet, neque hîc apud nos facilius transitum præbet corporibus, quàm supra nos. Propterea tribuimus hoc ipsum lapidi. Quia enim in fine velocius movetur, quâm in initio, necesse est à majore vi moveri. Quod ipsum quoque ex sensibus notum est. Nam multò magis sentietur lapidis pondus, si cadat ex loco alto, quàm si ex humili. Vnde verò hæc major vis? Motu priore paulatim imprimitur aliqua vis præter istam, quam antea habebat. Sicut enim, quando lapidem projicio, manum moveo, & illo motu vim ei imprimo, quâ movetur: ita quando naturaliter movetur, per suum ipsius motum auget suam vim, quia in ipso nulla est resistentia huic motui. Potest enim per motum vis ejusmodi imprimi.

Quum itaque certum sit terram, aquam, aëra ferri deorsum, & corporis naturalis unus tantum sit motus, à quo quæso vapores moventur sursum? Non esse hoc igni ascribendum suo disputabitiur loco. Nec etiam vaporibus motus ille est naturalis. Quum enim sint idem, quod aqua, & illa,

& illa, naturaliter deorſum tendat, non poſſunt hi naturaliter ſurſum ferri; quoniam uni corpori eſt tantum unns motus naturalis. Nec alicujus momenti eſt, quod nos putabamus, antequam hanc ſententiam amplectebamur: ſicuti corpori condenſato naturale eſt tendere deorſum; ita rarefacto tendere ad mediam aëris regionem ijs corporibus deſtinatam. Ratio eſt, quia non aliud eſt corpus rarefactum, quàm erat condenſatum, & motus ei competit per eſſentiam, non per aggregationem atomorum. Eſſentia verò in corpore condenſato & rarefacto eſt eadem. Quòd ſi per naturam ferrentur ſurſum, quare hic motus non ſemper duraret, quamdiu vapores durant? Quare ad mediam aëris regionem moverentur, & non altius aſcenderent? Quare hi magis in altum aſcenderent, quàm illi? Hæc varietas eſſe nequit, ubi datur principium motus internum. Eſt enim natura ad unum tantum determinata. Idcircò ſtatuimns vaporibus vim quandam imprimi à calore, quæ, quamdiu durat, vapores ſurſum ferat:

 paula-

paulatim vero remittatur ob vaporum resistentiam, donec tandem evanescat. Atque hinc fit, quod alij alijs sint altiores. Quod autem non statim decidant pereunte hac vi, caussa est, quod admodum sint porosi, & aeris pleni, ideoque ventis circumagantur, qui naturalem motum impediunt. A calore motum hunc fieri evidenter demonstrari potest. Calor movet eos à centro ad superficiem, & extra eam, sicuti in superioribus discussum est. Si ergo moveat eo usque quid non & porro. Nam sicut manus motu suo imprimit lapidi vim, quà movetur, quando non contingitur à manu: ita & vaporibus hoc motu imprimitur vis à calore, quâ moventur absente calore. Cur ergo vapores versus altum potius moventur, quàm in latum? Quia calor movet à centro non tantum subjecti sui, sed à centro universi. Necesse ergo est, ut in recta lineâ sursum eos moveat, quum frigus rectâ deorsum moveat. Atque hisce vaporibus adhuc duo alij motus tribuendi sunt, terræ & aeris. Etenim terræ motus oritur à pluribus vaporibus in terrę cavernis

nis contentis, qui exitum quærunt, nec inveniunt: ideoq; vi eum faciunt, & terram concutiunt: quę concussio est terrę motus. Aëris verò motus dicitur ventus; oriturque à vaporibus repercussis, & transversum motis, qui unà pellunt aëra. Vt ita errent, qui ventũ ipsos vapores esse statuant; quum non sint id, quod illi, sed ab illis oriatur.

Ita ergo illi motus fiunt ab ijs caussis. Æstus verò marini caussæ tam obscuræ sunt, ut, quid de ijs statuendum sit, vix appareat. Cæterum quum videamus mare ductum Lunę sequi, & hoc ipsum à sapientissimo conditore ita esse ordinatum, quid vetat, quo minus ab eo moveri mare statuamus. Neque enim putandum est frustra stellas in cęlo conditas esse, sed earum quoque dari actiones in hæc inferiora. Neque hoc tam absurdum, quandoquidẽ & à magnete trahitur ferrum. Neque natura aquę marinæ est caussa hujus motus. Sic enim duo contrarij motus eidem corpori forent naturales: quod sæpius refutatum. Neque aqua marina, si vase aliquo eam ex mari haurias, in vase illo affluet, aut refluet.

Non

Non ergo toti aquę collectę hoc per essentiam competit, quia non competit partibus. At quamvis non omnia maria æstum patiantur, &, quæ patiuntur, non omnia æqualem, neque simili modo, tamen hinc non infertur à Lunâ hoc ipsum non provenire, sed à Lunâ tantum non provenire, quum Luna sit caussa universalis. Requiritur ergo ad motum salsedo debita, debita profunditas, & certa fundi ac littorum dispositio. Alias enim non erit mare idoneum ad æstum, neque Luna illud trahet, quoniam hæc requirit tanquam requisita necessaria ad motum maris, & suam tractionem.

Sed relinquamus mare, & fluviornm ortum inquiramus. Nam & quæ sit caussa, quòd aqua moveatur ad tantam altitudinem, quanta est montium, ex quibus orjundus fluvius, hîc disputandum est. Sunt qui aërem in terræ cavernas existentem vi frigoris in aquam mutari autumant. Quâ opinione nihil ineptius fingi potest. Non enim aër potest mutari in aquam, præcipuè vi frigoris. Deinde nec frigus illud

in

in cavernis reperitur; ſed potius calor; quod nôrunt metallarij. Sunt alij, qui ajunt cavernas terræ à pluvijs humore repleri, & inde oriri fluvios. Sed nec hoc veriſimile. Nive & pluvijs multum quidem augeri fluvios, ultro damus; at non generari. Æſtate enim toti exſiccarentur. At non omnes exſiccantur, ſed minuuntur tantum, quoniam deſtituuntur aquâ pluviali. Optimè illi, qui ex mari ortum trahere opinantur: quod in Biblijs quoque reperitur: Eccleſ. 1. Sed hîc quæritur, quâ vi aqua illa ad altiſſimos montes aſcendat, quum ſuâ naturâ deorſum feratur Ajunt, aquam in terræ anfractibus exiſtentem ab extrinſecè incumbentis maris pondere premi, & ſurſum pelli, ut ita, quâ vi poſſit, exitum quærat. Si quæras, quî poſſit aquâ motu ſubvehi altius, quàm ſit ejus ſuperficies, unde derivatur; reſpondent verum id eſſe, ubi tantum reſiſtitur ab eâ portione, quæ ſurſum pellit, quàm premiatur ab illius vi & pondere, quæ urget. At ubi inſtantis vis pondusque majus eſt, etiam pellitur aqua ad ſuperficiem, quę

altior

altior est, quàm ea, à qua descendit. Ponunt, quoque simile: lapis in vas aquâ plenum, habens à latere tubulos, injectus, si æqualis fuerit, premet aquam, ut per tubulos multò altius ascendat. Speciosa hæc videntur intuitu primo, at non secundo; multò minus tertio. Si enim rem accuratius consideres, intelliges aquæ prementis pondus non magis premere, quam resistat pressa. Est enim tota illa aqua corpus uniforme, cujus omnes partes homogeneæ. Ideoque una non est gravior alterâ. Quare nec una ita premit alteram, ut illa ascendat altius, quàm sit prementis superficies. Nos ergo, si hac in re conjectura nostra alicujus sit valoris, uti in chymicis distillationibus fieri solet, ita hîc quoque fluvialem aquam ex marinâ extrahi putamus. In terra multi sunt anfractus, meatusque, ut pro comperto habent fossores. Hos aqua ex mari ingreditur, ac permeat, quousque potest, non ascendendo altius, ac sit prementis superficies, unde venit. In istis anfractibus est calor, præcipuè ubi sunt montes,

montes, & illa ejusmodi loca. Id quod metallariorum experientiâ notum est. Ab eo aqua hæc calefit, & in vapores resolvitur. Sunt enim & calor & aqua ibidem, & in eadem cavernâ, & esse possunt, quia calor accidens, aqua autem substantia.

Vbi autem calor, ibi calefàcit, & id, quod calefit, si ejus natura ferat, in vapores resolvit. Quare aquam, quam ibi contingit, facit exhalare, quum & ipse ibi sit satis intensus, & aquæ natura illud ferre possit. Sed esse in hujusmodi locis plurimos vapores, testari possunt, qui montes ingressi fuere, & indicant satis terræ motus ijs in locis, ubi fluvij oriuntur crebri: Quum hi oriantur à vaporibus terram commoventibus juxta communem Physicorum opinionem. Et quia omnes vapores sursum tendunt, etiam hi ascendunt, quousque possunt, quousque iter patitur, donec contingant loci summitatem, unde oriundus fluvius. Quare ita aqua deponit salsedinem, quoniam sal remanet

in

in fundo. Cæterum quod illi vapores altius non tendant, neque per terram erumpant, & in aëra ascendant, caussa est, quod ad terræ summitates; quas ibi tangunt, sentiatur frigus. Ac licet sol aliquando calefaciat terram, tamen id paucis admodum horis fit, neque calor ille ultra multos pedes in profunditate sentiri potest, neque sic prohibere, quo minus sit ibi terra frigida. Ab hoc frigore vapores illi condensantur, & rursus in guttas resolvuntur. Sic resoluti descendunt, quia graves: sed non eadem viâ, quâ ascenderunt, quoniam & viâ anfractuosa, & vaporum sequentium vis urget. Vt sic aqua ex ijs facta vi faciat viam per declives aliquos, quos invenit, meatus initio angustos, quos tempore facit latiores. Fluit autem summâ vi deorsum, quiâ naturâ deorsum tendit. Gravitas enim decurrere facit aquam, quæ extra suum locum est. Ita fluvij generantur. A pluvijs verò & nive multum adjuvantur. Id quod cuivis notum est.

EXER-

EXERCITATIO. DECIMA.

DE LOCO.

SECT. I.

De axiomatibus quibusdam, quæ de loco circumferri solent.

VT veram loci naturam investigemus, certa quædam ponenda sunt fundamenta, quibus superstruantur reliqua dogmata. Initio certum videtur, quandiu res manet ibidem, tamdiu manere in eodem loco, & quando acquirit alium locum, esse alibi. Hinc primò infertur: locum esse immobilem. Id quod non per æquivalentiam interpretandum est, aut ad elementa vel respectu poli limitandum; sicut more solito quidam nugati sunt, sed propriè & universaliter accipiendum. Locus si mobilis foret, aut unà cum corpore locato, aut quiescente illo moveretur. Si illo quiescente; duo contraria

 forent

forent ſimul vera. Corpus enim maneret ibidem, & non maneret in eodem loco. Maneret ibidem, quia non moveretur; ideoque nec motus localis terminos mutaret. Non maneret in eodem loco, quia prior amoveretur, & alius accederet, qui antè non aderat. Si moto corpore locato moveretur, idem contingeret. Maneret enim corpus in eodem loco, & tamen non ibidem. In eodem loco; quia hic unà cum locato moveretur. Non maneret ibidem, quia motu mutaret terminos, relinquendo τὸ hîc, & acquirendo τὸ illic.

Deinde locus æqualis debet eſſe locato, & ab eo repleri. Si enim foret major, non hujus ſolius corporis foret, ſed quoque alterius. Si enim minor, non omnes locati partes caperet, ideoque nec totum. Propterea neceſſe eſt ut habeat dimenſiones ſuas, longitudinem, latitudinem, & profunditatem, commenſuratas locati dimenſionibus. Si enim totum locatum ſit in loco, & omnes quoque partes in eo erunt. Sed intimæ quo ineſſe poſſunt modo, ſi nuda tantum ſit locus ſuperficies, nec habeat profun-

profunditatem? Quum enim illæ ſint ęquè partes, ac aliæ, ęquè quoque ſunt alicubi, ac aliæ, æquè per ſe in loco.

Ajunt porro: locum continere locatum, & circumſcribere. Sed illud continere non eſt eo accipiendum modo, quo vas continet vinum, ſed alio, pro in ſe habere & complecti. Quemadmodum enim totum dicitur continere partes, quibus tamen neutiquam majus eſt; ita locus dicitur continere locatum, cui ęqualis eſt. Circumſcribere non eſt hîc quoque propriè uſurpandum; quaſi locus locato terminos poneret, & figuram certam daret; ſed quod locus habere debeat eandem figuram, quam locatum.

Quod autem locus vulgò dicatur trahere ad ſe locatum, conſervare illud, & fovere, ſatis, me judice, perperam dicitur. Primum illud manifeſtè falſum eſt. Moveretur namque quodvis corpus violentè; quia non à ſe, ſed ab alio. Eſt enim locus à locato alius. Verum loci nulla datur actio, quod vulgò itidem dici ſolet. Conſervare verò & fovere non ſunt

in fundo. Cæterum quod illi vapores altius non tendant, neque per terram erumpant, & in aëra ascendant, caussa est, quod ad terræ summitates; quas ibi tangunt, sentiatur frigus. Ac licet sol aliquando calefaciat terram, tamen id paucis admodum horis fit, neque calor ille ultra multos pedes in profunditate sentiri potest, neque sic prohibere, quo minus sit ibi terra frigida. Ab hoc frigore vapores illi condensantur, & rursus in guttas resolvuntur. Sic resoluti descendunt, quia graves: sed non eadem viâ, quâ ascenderunt, quoniam & viâ anfractuosa, & vaporum sequentium vis urget. Vt sic aqua ex ijs facta vi faciat viam per declives aliquos, quos invenit, meatus initio angustos, quos tempore facit latiores. Fluit autem summâ vi deorsum, quiâ naturâ deorsum tendit. Gravitas enim decurrere facit aquam, quæ extra suum locum est. Ita fluvij generantur. A pluvijs verò & nive multum adjuvantur. Id quod cuivis notum est.

EXER-

EXERCITATIO DECIMA.

DE LOCO.

SECT. I.

De axiomatibus quibusdam, quæ de loco circumferri solent.

VT veram loci naturam investigemus, certa quædam ponenda sunt fundamenta, quibus superstruantur reliqua dogmata. Initio certum videtur, quandiu res manet ibidem, tamdiu manere in eodem loco,& quando acquirit alium locum; esse alibi. Hinc primò infertur: locum esse immobilem. Id quod non per æquivalentiam interpretandum est, aut ad elementa vel respectu poli limitandum; sicut more solito quidam nugati sunt, sed propriè & universaliter accipiendum. Locus si mobilis foret,aut unà cum corpore locato, aut quiescente illo moveretur. Si illo quiescente; duo contraria

in fundo. Cæterum quod illi vapores altius non tendant, neque per terram erumpant, & in aëra ascendant, caussa est, quod ad terræ summitates; quas ibi tangunt, sentiatur frigus. Ac licet sol aliquando calefaciat terram, tamen id paucis admodum horis fit, neque calor ille ultra multos pedes in profunditate sentiri potest, neque sic prohibere, quo minus sit ibi terra frigida. Ab hoc frigore vapores illi condensantur, & rursus in guttas resolvuntur. Sic resoluti descendunt, quia graves: sed non eadem viâ, quâ ascenderunt, quoniam & viâ anfractuosa, & vaporum sequentium vis urget. Vt sic aqua ex ijs facta vi faciat viam per declives aliquos, quos invenit, meatus initio angustos, quos tempore facit latiores. Fluit autem summâ vi deorsum, quiâ naturâ deorsum tendit. Gravitas enim decurrere facit aquam, quæ extra suum locum est. Ita fluvij generantur. A pluvijs verò & nive multum adjuvantur. Id quod cuivis notum est.

EXER-

EXERCITATIO. DECIMA.

DE LOCO.

SECT. I.

De axiomatibus quibusdam, quæ de loco circumferri solent.

VT veram loci naturam investigemus, certa quædam ponenda sunt fundamenta, quibus superstruantur reliqua dogmata. Initio certum videtur, quandiu res manet ibidem, tamdiu manere in eodem loco, & quando acquirit alium locum; esse alibi. Hinc primò infertur: locum esse immobilem. Id quod non per æquivalentiam interpretandum est, aut ad elementa vel respectu poli limitandum; sicut more solito quidam nugati sunt, sed propriè & universaliter accipiendum. Locus si mobilis foret, aut unà cum corpore locato, aut quiescente illo moveretur. Si illo quiescente, duo contraria

Digitized by Google

EXERCITATIO. DECIMA.

DE LOCO.

SECT. I.

De axiomatibus quibusdam, quæ de loco circumferri solent.

VT veram loci naturam investigemus, certa quædam ponenda sunt fundamenta, quibus superstruantur reliqua dogmata. Initio certum videtur, quandiu res manet ibidem, tamdiu manere in eodem loco, & quando acquirit alium locum; esse alibi. Hinc primò infertur: locum esse immobilem. Id quod non per æquivalentiam interpretandum est, aut ad elementa vel respectu poli limitandum; sicut more solito quidam nugati sunt, sed propriè & universaliter accipiendum. Locus si mobilis foret, aut unà cum corpore locato, aut quiescente illo moveretur. Si illo quiescente, duo contraria

forent simul vera. Corpus enim maneret ibidem, & non maneret in eodem loco. Maneret ibidem, quia non moveretur; ideoque nec motus localis terminos mutaret. Non maneret in eodem loco, quia prior amoveretur, & alius accederet, qui antè non aderat. Si moto corpore locato moveretur, idem contingeret. Maneret enim corpus in eodem loco, & tamen non ibidem. In eodem loco; quia hic unà cum locato moveretur. Non maneret ibidem, quia motu mutaret terminos, relinquendo τὸ hîc, & acquirendo τὸ illic.

Deinde locus æqualis debet esse locato, & ab eo repleri. Si enim foret major, non hujus solius corporis foret, sed quoque alterius. Si enim minor, non omnes locati partes caperet, ideoque nec totum. Propterea necesse est ut habeat dimensiones suas, longitudinem, latitudinem, & profunditatem, commensuratas locati dimensionibus. Si enim totum locatum sit in loco, & omnes quoque partes in eo erunt. Sed intimæ quo inesse possunt modo, si nuda tantum sit locus superficies, nec habeat profun-

profunditatem? Quum enim illæ ſint ęquè partes, ac aliæ, ęquè quoque ſunt alicubi, ac aliæ, æquè per ſe in loco.

Ajunt porro: locum continere locatum, & circumſcribere. Sed illud continere non eſt eo accipiendum modo, quo vas continet vinum, ſed alio, pro in ſe habere & complecti. Quemadmodum enim totum dicitur continere partes, quibus tamen neutiquam majus eſt; ita locus dicitur continere locatum, cui ęqualis eſt. Circumſcribere non eſt hîc quoque propriè uſurpandum; quaſi locus locato terminos poneret, & figuram certam daret; ſed quod locus habere debeat eandem figuram, quam locatum.

Quod autem locus vulgò dicatur trahere ad ſe locatum, conſervare illud, & fovere, ſatis, me judice, perperam dicitur. Primum illud manifeſtè falſum eſt. Moveretur namque quodvis corpus violentè; quia non à ſe, ſed ab alio. Eſt enim locus à locato alius. Verum loci nulla datur actio, quod vulgò itidem dici ſolet. Conſervare verò & fovere non ſunt

actiones loci, ſed corporum proximè ambientium, quas exercent in locatum quod contingunt. Quare nec hæ affectiones loco aſcribendæ ſunt, nec ex ijs indicium de naturâ loci ſumendum, niſi ex falſis principijs falſam velimus deducere ſententiam.

Non poteſt quoque unum corpus eſſe in duobus locis; quia manifeſtam implicat contradictionem. Idem corpus, ſi poſſet eſſe & Romæ & Coloniæ, poſſet Romæ manere ibidem, & Coloniâ migrare Lovanium. Idem ergo maneret ibidem & non maneret ibidem. Maneret ibidem, quia maneret Romæ; non maneret ibidem, quia Coloniâ proficiſceretur Lovanium. Idem quoque moveretur ſimul & non moveretur. Moveretur Coloniâ Lovanium. Non moveretur Romæ, ſed ibi quieſceret. Atque hinc quoque infertur: duo corpora eſſe non poſſe in uno loco. Sicut enim ſe habet locatum ad locum, ita locus quoque ſe ad locatum. Daretur quoque penetratio corporum. Dari hanc non poſſe tam notum eſt ſenſibus, ut alijs

alijs rationibus probare sit oleum & operam perdere.

SECT. II.

De loci essentiâ.

Ex hisce affectionibus natura loci & essentia facile potest investigari. Primò nego locum esse superficiem corporis proximè locatum ambientis. Hæc enim potest moveri haud moto corpore locato. Ita turri stante immotâ superficies aëris vento alia redditur atque alia. Tum nec superficies locato est æqualis. Solet huic vulgò responderi: superficiem Mathematicam esse indivisibilem: ideoque neque majorem neque minorem illâ, quam contingit. Verum aliud est, superficiem unam alteri æqualem esse, aliud locum locato. Quomodo enim huic ille æqualis esse potest, si eandem non habeat quantitatem? Aut quomodo eandem habere potest, si locus non habeat profunditatem, quam locatum? Adhæc nec omnes locati par-

tes sunt in superficie; non illæ, quæ in medio. Nam quod dicant, cor non esse per se in loco, sed per accidens, quia homo est in loco, id more Peripatetico dicitur. Sicut enim cor non est, quia homo est, sed per se; ita nec in loco eit, quia in homine est, sed per se suum proprium habet locum.

Deinde nego quoque locum esse corpus subjacens. Potest enim & hoc moveri quiescente locato. Navi fixâ fluvij aqua continuò fluit, quæque pars aderat, abit, quæque non aderat, succedit. Tum nec easdem habet dimensiones cum locato: nec hujus omnes partes sunt in illo. Et quod præcipuum est unum corpus potest esse in duobus corporibus subjacentibus; duo quoque corpora in uno. Non addam plura, ne dum in refutandis ineptijs multum ponam operæ, ipse videar ineptus.

Dicam quod res est; Locus non est aliquid reale, sed purum putum nihil. Neque enim est substantia, neque accidens. Substantia si foret, spiritus, aut corpus foret: Non est spiritus, res intelligens, omni corpore præstantior. Et quæ ratio cogeret asserere

rere hoc;corpus esse in spiritu? Nec est corpus; foret enim locus in loco, nec daretur finis;quoniam omne corpus est in loco. Sane non potest esse corpus locatum,quia ab eo potest separari. Manet enim illo amoto. Nec est corpus aliquod ambiens. Nam & omnibus his amotis manet nihilominus. Manét enim res in eodem loco, quamdiu ibidem manet. Neque locus est accidens. Cujus foret subjecti? Non corporum ambientium; quia sic amotis ijs aut unà moveretur, aut de subjecto migraret in subjectum. Non corporis locati. Movetur enim hoc & aliud succedit in ejus locum. Quare qui prius erat ejus locus,manet, & posteà fit alius: Accidens ergo migraret de subjecto in subjectum; quod nemo Peripateticorum admisit unquam. Verum ante conditum mundum erat putum nihil. Non enim aliud ens,quàm unus solus Deus. Et hoc inane spatium est infinitium,locatum, longum & profundum, sine terminis. In eo positus est mundus. Illud ergo, quod anteà erat totum omni corpore vàcuum, jam ex parte est repletum. Et locus nihil

aliud est, quàm hujusmodi spatium. Quod miror Peripateticos non animadvertisse, qui vacuum definiunt, spatium haud repletum corpore. Quum enim contrariorum contrariæ sint definitiones, locus definiendus est; spatium repletum corpore. Datur hoc spatium actu vacuum extra hunc mundum, in eo an detur, nescio: spatium tamen datur. Cedente enim corpore corpori vacuum fit, ut impleatur. Quodsi aliorum corporum ingressus prohiberetur, fieret actu vacuum. Itaque totum hoc, quod datur, spatium est infinitum: sed totum locati locus non est, quamtumcunque est, sed tantum secundum eam partem; quæ commensuratur dimensionibus locati.

EXERCITATIO. VNDECIMA.

DE TEMPORE.

SIcut datur infinitum spatium longum, latum & profundum: ita datur infinitum spatium præsens, præteritum, & futurum.

rum. Quare tempus non est ipsa rerum, duratio, sed durationis spatium. Si foret duratio, foret modus entis. Periret ergo cum ente, cujus foret. At tempus manet, etiamsi omnia creata intereant. Et quemadmodum corpora sunt in spatio, quod est infinitum, illud tamen non sit totum locus corporis, sed tantum secundum eam partem, quæ commensuratur dimensionibus locati: ita infinitum illud spatium tempus, est tantum tempus hujus & illius rei, secundum eam partem, quæ commensuratur dimensionibus durationis rei. Prętereà hîc & illic in loco nihil sunt reale, neque id, quod est hîc, magis sit τὸ hîc, quàm τὸ illîc: sed à ratione nostrâ hæc concipiuntur respectu rerum locatarum; ita præsens, præteritum, & futurum in tempore nihil sunt reale, neque illud, quod est præteritum, magis est τὸ præteritum, quàm τὸ præsens: sed hæc omnia ita à nobis concipiuntur, per respectum ad res, quæ fuerunt, & non sunt, vel sunt, & non fuerunt. &c. Quare neutiquam probandum est, quod nonnulli ajunt; tempus esse nume-

rum motus secundum prius & posterius. Tam enim hoc insulsum est, ut indignum sit, quod refutetur. Sicut & stolida illa distinctio, inter tempus internum & externum. Nugas relinquamus suis nugatoribus, sequamur nos veritatem. Tempus non est aliquid reale, sed purum putum nihil. Probatur hoc ex eo argumento, quod locus sit nihil. Est enim tempus quoque tale spatium. Quare non magis necessarium est tempus esse ens, quàm locum. Entia autem sine necessitate non sunt nova in naturæ censum invehenda. Deinde, quodnam ens foret, creatum, aut increatum? Solus Deus est ens increatum. Quicquid præter illum, ab illo. Sed nec tempus creatum esse potest. Sunt enim partes ejus, præsens, præteritum, & futurum. Vt concedatur tibi præteritum esse creatum; at præsens creatum esse nequit. Alias præsens foret præteritum. Multò minus futurum potest esse creatum. Non enim est. sed erit. Quodsi præsens, præteritum sit creatum, per quam quæso productionem. Creatio enim ejus fuit necessariò

sario productio. Præteritum verò nequit produci. Omnis enim productionis terminus est existentia rei, quæ producitur. Præteritum ergo nequit esse terminus aut creationis, aut alicujus productionis, quia non est, sed fuit. Tum quod jam est præsens, postea fit præteritum; sed non per aliquam productionem. Verum quia præsens desinit esse, quod est. Atque hinc porrò argumentor. Totum tempus non potest esse ens, quia non omnes partes sunt entia. Non enim præteritum est ens, quia non est, non existit, sed fuit Nec futurum est, quia non est, sed erit. Solum ergo præsens foret ens. Sed nec hoc ens dici potest. Si enim foret ens, & non increatum, sed productum, simul crearetur, & annihilaretur. Nihil enim aliud est præsens, quàm unum indivisibile momentum. Quicquid autem in momento contingit, simul contingit. Momentum ergo illud simul fieret, esset, & periret. Tum à quo hoc momentum produceretur? A quo annihilaretur. Ad solum Deum hìc confugiendum est, eique hic asininus

labor

labor aſcribendus. Tum, nunquid Deus poſſet actionem ſuam ſuſpendere, & illud momentum, quod alias horâ duodecimâ futurum eſſet, non producere? Poſſet, quia hîc nulla contradictio. Sonante ergo campanâ, quæro an illud idem ſit momentum, an non? Non eſt, quia non eſt productum: & tamen res omnes præſentes ſunt. Neque putandum res præſentes non fore. Si enim tempus ſit ens productum, & non illud, quod ſunt aliæ res, poteſt quoque ab ijs ſeparari: non enim implicat contradictionem. Similiter neque putandum eſt, præteritum eſſe creatum, ita ut non fuerit præteritum, ſed adhuc ſit præteritum. Hæc enim reſponſio alicui videri poſſet ſubtilis. Sanè ſi præteritum eſſet, & ens creatum foret, Deus illud annihilare poſſet. Quare præteritum non eſſet. At Deus nequit facere, ut, quod ſemel ſit præteritum, aliquando non ſit præteritum. Poſſem ex hac tam ſtolia de tempore doctrinâ tot abſurditates deducere; ut omnis ſana ex ijs everteretur Philoſophia, ſed parcam labori,

bori, donec nacta fuerint hæc refutationem.

EXERCITATIO. DVODECIMA.

DE COMPOSITO.

SAtis ardua, satis difficilia, fuere hæc de ente in genere & accidentibus, in quibus hucusque occupati fuimus. Et quæ sufficerent ad præcipua Peripateticorum dogmata evertenda, omniumque iram in nos concitandam, ea prolata sunt. Ne tamen cessemus feriati; sed erigamus ingenia nostra ad altiorum meditationem de substantijs. Substantia dividitur in spiritualem & corpoream. De corporeâ prius, quandoquidem multa de eâ dicenda, quæ dependent ab ijs, quæ de accidentibus dicta sunt. Corporea substantia vulgò triplex est: materia, forma, & compositum. Illæ substantiæ dicuntur incompletæ: hoc completa. Illas ajunt componi & unum fieri, alteramque perficere & complere, alteram perfici & compleri. Ideoque unam esse

esse actum, alteram esse potentiam. Illud verò unum, quod ibi fit, vocant compositum, quod est solùm ens perfectum & completum; partes verò ejus complent, neque per se sunt, sed quia hoc est compositum. Hęc compositio ab ijs in omnibus ponitur corporibus; sed præter eam adhuc alias habent ex esse & essentiá, genere & differentiâ, quas angelis quoque tribuunt. Cæterum in hisce superioribus hæ posteriores compositiones abundè refutatæ sunt, & in sequentibus, quid de materia & forma statuendum sit, palam fiet: nunc tantum inquirendum est, quid sit hoc compositum, quod ajunt unum esse, & ex partibus componentibus resultare. Nos dari composita lubentes concedimus; sed non agnoscimus unum aliquod ens, quod sit compositum vocandum, verum multa entia, nempè partes componentes vocamus composita; componuntur enim. Vnamquamque partem putamus suam & habere essentiam ante compositionem, & retinere post eam, neque fieri unum ens numero, aut ex ijs fieri

unum

unum ens; sed eas uniri & misceri ut fiat unum continuum, quod sit unum ens per aggregationem, non per essentiam. Ita in homine datur anima, datur quoque corpus, quæ duo unita sunt, ita ut corpus sit animæ domicilium, vehiculum & instrumentum, per quod anima suas exerceat operationes, sed ista duo non sunt unum ens facta, quod homo vocatur, sed unumquodque suam retinuit essentiam completam & perfectam, quâ illud est, quod est. Homo verò non est idem quod anima, neque idem quod corpus, sed est idem, quod anima & corpus simul sumta & aggregata. Interim si homo non ut ens per aggregationem, sed per se unum considerandus sit, erit idem, quod anima existens in corpore. Quamvis autem eadem sit anima & in corpore, & extra corpus, tamen anima extra corpus non est homo, quia hic in suo essentiali conceptu includit unionem animæ cum corpore, quæ est modus ipsi additus animæ. Non enim habet illum separata. Atque hæc caussa est, quare anima non dicatur persona,

persona, sed homo: nempe quia illa subsistit in corpore; homo verò, ut includens corpus per se subsistat. Quæ sententia, tantum abest, ut cum sacris litteris pugnet, ut ex ijs quoque confirmari possit. Corpus enim passim vocatur domus lutea, tabernaculum mortis. Et præcipuâ illud pro nobis facit: cupio dissolvi, & esse cum, Christo. Si enim compositum sit unum ens, & homo sit compositum, per mortem necesse est interire essentiam hominis, quia interit illud ens, quod est compositum. Quomodo igitur cum Christo esse potest, qui non est? Aut quomodo mors dici potest dissolutio, si sit substantialis corruptio? Non enim interire dicitur, quod tantum dissolvitur. Hæc quum planè non cohæreant, valedicamus nugis hisce Peripateticis, & sanctam sequamur veritatem. Sed & ex Philosophia rationes depromamus ad idem confirmandum. Si compositum sit idem numero ens, quod ex diversis partibus componatur, necesse est ut aliquod horum trium, modo ex partibus unum fiat; aut una pars ex omnibus partibus

tibus unum fiat; aut una pars ex omnibus partibus fit, aut ex omnibus partibus fit res aliqua, quæ idem cum omnibus. Primus modus dari nequit: non enim foret compoſitio partium, ſed tranſſubſtantiatio, nec compoſitum foret res illa, ſed ſimplex: quia illa una pars ſimplex. Nec ſecundus datur. Si enim ex omnibus partibus fieret res aliqua diſtincta ab omnibus, aut manerent quod ſunt, & fieret ex ijs alia res, aut deſinerent eſſe quod ſunt, & fierent aliud. Si manerent, quod ſunt, & fierent aliud, quàm ſunt, fierent aliud à ſe ipſis. Forent igitur aliud, quàm forent. Et una res duas quoque haberet eſſentias. Si eſſe deſinerent, non daretur earum partium compoſitio, ſed ſubſtantialis tranſmutatio. Neque anima diutius foret ſpiritus, quando eſſet pars hominis, neque corpus hominis foret corpus, ſed aliud quoddam ens, quod eſt homo. Tum illud ens non foret compoſitum, ſed ſimplex. Non enim haberet partes, quæ eſſe jam deſierant. Ita duo hi modi expugnati ſunt. Expugnemus quoque tertium. Non po-

test fieri, quod non potest esse: sed non po. test unum numero ens esse idem, quod omnes partes. Ergo nec omnes partes possunt fieri aliquid, quod idem cum omnibus ijs. Quum enim hæ partes à se invicem sint distinctæ, non potest aliquid idem esse cum hisce. Aliàs idem à se ipso distingueretur; quia hæ partes à se invicem distinguuntur, cum quibus idem foret. Tum, quæ sunt idem, ea per omnia sunt idem. Quum ergo hæ partes non sint unum ens, sed plura, quod est idem cum hisce partibus, non est unum quoque, sed plura entia. Præterea, si totum foret unum ens, aut idem foret, quod omnes partes simul sumtæ & unitæ, aut ab ijs distinctum. Si totum non differt à partibus simul sumtis, nec differt quoque à partibus singulatim sumtis. Non enim aliæ partes sumuntur simul, quàm singulatim sumebantur. At singulatim sumtæ non sunt ens, sed entia. Quare nec totum compositum est unum ens. Si dicant in partibus collectis & unitis esse unionem, quæ non est in ijs singulatim sumtis. Respondetur hanc unionem esse tantum modum

dum entis. Idcircò unio non potest esse in caussa, ut partes sint unũ ens. Imò ubi unio hujusmodi, ibi unitas non est; sed ubicumque unio, ibi distinctio inter unita. Quum ergo nihil sit reale in composito prҫter partes omnes & unionem; unio autẽ sit entis modus, partes entia: nec totum compositũ est unum ens per se, sed per aggregationẽ, ejusque forma est ipsa partũ unio, quâ positâ ponitur, & sublatâ tollitur. Quodsi totũ idem foret cum omnibus partibus, & tamẽ unum ens, necessariò quoque haberet efficientem caussam. Illa quænam foret verbi gratiâ, hominis? Nõ Deus, hic tantum animam producit. Non parentes, hi enim tantum dant corpus & unionem. Nec hi nec ille hominis caussæ. Nam quod non producit omnes partes non producit totũ. Illud ergo compositũ caret caussâ efficiente, & tamen est ens productum, quia in tempore incipit. Nec satis est si dicas totum illud per unionem resultare, quatenus partes unum fiunt. Nam hæc sunt verba tantum, quæ aures replent, animum scientiarum cupidum, non explent. Etenim unio

est tantum modus entis. Imo non unius entis, sed entium. Neque per hanc duo distincta entia possunt fieri unum ens, sed ad hoc substantialis requireretur transmutatio. Quamdiu enim unaquæque pars manet id, quod est, tamdiu etiam ab alia distincta manet. Sunt enim indivisio in se, & divisibilitas ab alio, idem cum entitate, sicut dictum est. Et per eam essentiam, per quam res est id, quod est, per illam ab alijs distinguitur. Quare hę partes idem fieri nequeunt, nisi per transmutationem essentialem; quæ non est unio. Quodsi hisce & alijs moti difficultatibus eligant secundum, nempe totum esse rem distinctam ab omnibus partibus; non minores restabunt difficultates. Nam primò quæ ratio cogit entia multiplicari absque necessitate? Deinde, quale hoc ens foret, & quomodo ex partibus componeretur, si ab omnibus alijs differret? Tertiò, si distinctę res forent, mutuò possent separari, quemadmodum supra dicebamus. Posset ergò hæc distincta essentia separari à suis partibus, & separatim existere. Compositum ergo

ergo posset esse, & non habere tamen componentes partes, quod implicat contradictionem. Deinde à quo hæc distincta essentia corrumperetur, quando perit? Quæ ratio moveri potest adversus omnem totius compositi entitatem. Moriente homine perit compositum. Non enim post mortem partes sunt unitæ. Si compositum sit unum ens, à quo quæso hoc ens extinguitur? Ab eo sane, à quo est mors; quum hæc sit hominis exstinctio. Mors autem à morbis, à qualitatibus temperamentum mutantibus. Quare ab accidentibus extinguitur hæc substantia compositi. At ego hactenus putavi, accidens neque posse substantiam efficere neque corrumpere. Sed urgeamus paulo acrius beatam hanc compositi essentiam. Si est ens, & non accidens, sed substantia, quænam est spiritus, an corpus? Non enim plures dari substantias est unanimis Philosophorum consensus. Homo igitur aut corpus aut spiritus, si sit una substantia. Si dicas esse spiritum, necessariò statuendum tibi est, corpus esse partem spiritus. Est enim

pars hominis secundum illos. At spiritus constitui nequit ex corpore, sicut nec corpus constitui potest ex spiritu. Propterea nec homo corpus dici potest. Foret enim anima, quæ est spiritus, pars corporis: quia est pars hominis. Non ergo homini essentialis foret, quia spiritus corpori non est essentialis. Tum & homo aliud foret corpus, quàm humanum corpus, quia anima non est hujus pars. Daretur ergo corporum penetratio, quia hoc corpus, quod est totus homo, foret ibidem, ubi corpus humanum, quod totius est pars. Nobis facilis responsio ad hęc & alia: qui asserimus animam & corpus esse duo entia, quæ unum sunt per aggregationem. Adhæc compositum fit per compositionem, & perit per dissolutionem. At hæ actiones non habent pro terminis aut existentiam rei alicujus, aut non existentiam: sed unionem rerum diversarum & separationem. Potest id inductione probari, præcipuè de mixtis corporibus. Quare per compositionem non fit aliquod ens, nec per dissolutionem perit. Quod adhuc evidentius

potest

potest demonstrari. Gramen virens est unum compositum. Illud si manu in partes frangam, perit compositum. Non enim partes diutius sunt unitæ. At nihil reale ibi perit. Non enim per fractionem possum mutare aliquid de ente in non ens; imo in nihil: quoniam quicquid perit, in nihilum perit. Nam manibus meis nihil efficio, nisi localem motum, quemadmodum ex superioribus deduci potest. Et fractio est tantũ motus localis. Per motũ verò localem non acquiri novum esse, sed tantum novum ubi vel tyronibus notũ est. Sic ablatâ unâ tantum parte perit compositum, restitutâ illâ iterum fit. Nihil tamen reale aut aufertur, aut confertur, quàm illa una pars. Imò perinde est, quã partem aufertis. Quod signum est, compositum non esse ens per se; quod ipsum clarissimè ex hisce jam liquet, & adhuc in specie potest probari. Forma non differt à formato. Quare nihil potest componi ex materia & formâ, quia materia à forma differt. Est enim compositum formatum. Deinde nec materia potest esse pars essentiæ. Nam in animatis perpetuo

fluit. A calore nativo magna pars quotidie absumitur, ex nutrimentis magna pars restituitur. Non ergo eadem numero materia est in vivente perpetuò. Tum, homo obæsus, si morbo reddatur macilentus, magnam amittit materiæ portionem: eandem tamen retinet essentiam. Est enim homo per totam vitam idem & eandem habet essentiam: eandem materiam non habet. Nec satis est, si dicas; etiamsi hæc & illa materia non sit de ejus essentiâ: materiam tamen in genere de eâ esse, quæ separari nequit. Etenim si nullum datur universale (nullum autem dari demonstratum est supra) nulla quoque universalis datur materia, sed omnis est hæc vel illa. Si ergo nec hæc nec illa sunt de animati essentia, nec materia quoque de ea esse potest. Quod ipsum ex alio inducto adhuc potest roborari. Anthropophagi Indi, si vescantur carne humana, nutriuntur quoque ex eâdem. Quare, quod anteà erat pars illius corporis, fit jam pars hujus corporis. Occidatur ille anthropophagus, idem numero corpus in die judicij resurre-

ćturum

cturum est, si materia sit essentiæ pars. Eadem enim essentia, quæ in peccatis persevera\it, morte punietur æternâ; quæ vero in Christo electa est, æternâ fruetur beatitudine. Idem quoque corpus illius hominis; qui ab Indo devoratus est, resurget. At eadem materiæ portio fuit in utroque corpore. Debet ergo & tum esse. Quare aut erit in duobus locis, aut illà corpora in uno erunt loco, ut hanc materiæ habeant partem. Vtrumque absurdum est. Ac pari ratione quæri potest, homo crassus & pinguis, si in morbum incidat, si morbo maceretur, maceratus tandem moriatur, an corpus sit resurrecturum pingue & crassum, an macilentum? Si macilentum, sequitur illas materiæ partes quæ abierant ipso adhuc superstite non fuisse corporis partes: alias idem corpus numero resurgere non posset. At hoc absurdum. Si vero tam crassum sit resurrecturum, cur non & illæ partes, quæ per totam vitam fluxerunt, resurgent? Fuere enim aliquando corporis partes. Similiter, fætus in utero materno moriens, quum non habeat debitam adhuc

quantitatem, an non illam nanciſcetur in reſurrectione? Nanciſci non poteſt, niſi materiæ portio addatur. Fx hiſce confici puto, corpus eſſentiæ partem non eſſe. Eſſentia enim eadem numero reſurrectura eſt, corpus idem numero reſurgere non poteſt. Interim non nego, Deum nobis redditurum eſſe idem numero corpus, quia ſcio hoc non ſuperare ipſius omnipotentiam; ſed quid facturus ſit, in medium relinquo. Verum illud ſaltem conatus ſum inferre, non eſſe hoc neceſſarium, & probabilius videri non omnibus idem corpus reſtitutum iri; quamvis certum ſit idem corpus reſtitutum iri ſpecie.

EXERCITATIO. DECIMA-TERTIA.

DE ATOMIS.

SECT. I.

Dari in corporibus atomos.

HIs ita de composito demonstratis, de compositi divisione paucis est agendum. Ajunt Peripatetici: continuum corpus in infinitum usque posse dividi. Quare ad minimas corporis partes nunquam posse perveniri. At nos planè contrariam partem sustinemus; eamque necessariò concludimus ex ijs, quæ de composito, exercitatione præcedente, disputata sunt. Si enim compositum non sit ens, nec divisibile ens esse potest. Est enim omne divisibile compositum ex ijs partibus in quas dividi potest. Propterea quodcumque est reale aliquid, id ipsum est indivisibile: non tantum compositum est ens per aggregationem; quod non habet aliquid reale ex compositione

sed

ſed illud omne ex partibus componentibus. Hæ ergo tantum ſunt entia. Quum ergo entia dentur, & corpora habeant partes reales, neceſſe eſt habere partes indiviſibiles. Non enim corpora forent realia entia per aggregationem, ſi non haberent realia entia per ſe, partes. Quum ergo dentur partes indiviſibiles, corpus quoque in eas poteſt dividi. Quæcumque enim realiter diſtinguuntur, ea poſſunt ſeparari, quia non implicat contradictionem. Etiamſi ergo detur, hominem non poſſe diviſione ad minimas partes pervenire: quia viſui non ita ſunt conſpicuæ, tamen Deus in illas corpus poteſt dividere. Quę enim hîc contradictio? Imo dividi videmus quotidie nonnulla corpora, quando aqua in vapores exhalat. Quis enim non putaret tenuiſſimas illas vaporis partes eſſe indiviſibiles? Neque putandum eſt tamdiu poſſe corpus dividi, ut in nihilum evaneſcat. Non enim diviſionis terminus eſt rei non exiſtentia, ſed tantum rerum à ſe invicem ſegregatio. Quare per illam res aliqua non poteſt in nihilum redigi, ſed tantum

tum loco separari ab illâ re, cui antè erat unita. Ratio est, quia, quæ separantur, manent. Redactio enim alicujus in nihilum, non est separatio. Alias creatio foret quoque compositio. At omnibus probè notum est, non posse componi, quæ non sunt. Quare prius esse debent, quàm componantur, si non tempore, saltem naturâ. Possunt à Deo Opt. Max. simul hæ actionea exerceri, & in mundi creatione simul exercitæ sunt. Creatæ enim sunt omnes partes, & continuæ ac contiguæ creatæ sunt. Quod autem indivisibiles partes sint re verâ entia, evidenter ex eo constare potest, quod genus & species de ijs possint prædicari. Ita enim minima guttula aquæ dicitur aqua, & minima particula arenæ dicitur arena. At de quo genus & species verè prædicantur, ei quoque necesse est essentiam generis & speciei integram in se habere. Ex his ergo sequitur & indivisibiles partes in corporibus dari, & in eas corpus posse dividi. Quod ipsum abundè quoque notum est. Etenim si corpus in infinitum potest dividi, infinitas quoque partes

tes

tes dari necessarium est. Inde ergo primo sequitur, dari infinitum numerum. Id quod implicat contradictionem. Est enim omnis numerus par vel impar. Vterque augeri potest per additam unitatem. Quare quicumque dari potest numerus, necessario finitus est. Non enim infinitum majus esse potest infinito. Quo autem modo verum sit, infinita numero momenta data esse, id suo loco discutiendum restat. Atque ex hoc axiomate porrò deducitur, minimam terræ portionem habere infinitas partes, quia in infinitum potest dividi. Et porro, quum infinitum majus non sit infinito, tot partes esse debere in minimâ terrę particulâ, quot in toto terræ globo: id quod nulli hominum persuaderi posse arbitror. Sed illi non solum asserunt indivisibiles haud dari posse in corpore, aut saltem corpus in eas dividi non posse: sed idem quoque de tempore statuunt: quod manifestè falsum est. Etenim præsens est indivisibile. Si potest dividi, ea momenta, in quæ divideretur, non forent simul. Est enim tempus spatium successivum. Quare unum momentum

mentum foret altero prius, alterum posterius. Præsens ergo si divideretur, in præteritum & futurum divideretur, quod prorsus fieri non potest. Quare in tempore nihil datur, quàm indivisibile momentum τὸ νῦν. Non enim datur nisi præsens; præteritum non datur, sed datum est, futurum non datur, sed dabitur. Neque hoc limitandum est ad tempus discretum & interruptum, nescio quod; sed continuo tempore accipiendum, quando unum instans immediatè sequitur alterum. Neque tamen rationes, quibus moti sunt adversarij, videntur usq; adeo leves. Omnes partes corporis, quęcumque dantur, sunt quantę, & minimæ particulæ, etiamsi indivisibiles forent, quantæ tamen forent. Forent enim corpora. At omne corpus quantum. Deinde quoque corpus ab ijs quantitatem accipit, si dantur, si ex ijs componitur. Necesse est, ut, quod quatuor habeat atomos, majus sit corpus, quam, quod tantum habet tres. Non est majus, nisi ob additam atomum. Quare & hæc habere debet suam quantitatem. Non enim aliàs

augere

augere posset quantitatem totius. Nam ex non quantis haud componi potest quantum. Quomodo darent, quod non haberent? Quare si atomi darentur, quantæ forent, & quidem trinam haberent dimensionem, quia corpus habet eam, quod ex ijs componerent. At omne quantum est divisibile secundum illos. Non ergo datur atomus ex illorum principijs, quia si daretur, dividi posset, quod implicat contradictonem. Hæc ratio non est exigui ponderis. Nam atomos esse quantas necessario ex ijs deducitur. Et etiamsi inde non sequeretur, tamen ex hisce probari posset. Atomi inter se componendæ sunt, ut inde fiat unum corpous. Componantur inter se tres, ut una interjecta sit inter duas extremas; aut illæ duæ extremæ se tangent invicem, aut non tangent. Si tangant, aut illa media atomus interjecta non est, aut duæ extremæ illam mediam penetrant. Vtrumque est absurdum. Quare non tangunt se invicem, idque fit ab atomum interjectam; quatenus una atomus est ab hoc latere, altera ab illo.

Quare

Quare aliquam necesse est atomi esse crassitiem & quantitatem.

Ita quum probatum sit atomum esse quantam, negandum est omne quantum esse divisibile, quod, quamvis hucusque receptum sit, tamen errorem non excusat antiquitas. Nempe atomus habet quidem duo latera ratione nostrâ distincta; sed quæ tamen separari nequeunt, & in re sunt idem. Neque idcirco tollimus naturam quantitatis; quandoquidem posse realiter dividi non competit rei quantæ per se, nec est de ratione quantitatis. Si foret, & compositio de ratione ejus foret; quia omne divisibile per compositionem suam est divisibile. Compositionem non esse de essentiâ quantitatis apparet ex eo, quod quantitas per se haud competat composito, cui per se competit compositio. Non enim compositum est quantum, nisi quia partes sunt quantæ, ex quibus componitur. Quare esse quantum ei competit per partes: partibus verò per se, quà sunt partes. Nam si & hæ partes possunt dividi, & his quoque competit quantitas per earum

partes. Sed partes, quà partes, sunt indivisibiles, compositum autem, quà tale, est divisibile. Quare quantitas competit rei indivisibili, quà est talis; divisibili non nisi quatenus ex indivisibilibus est composita. Cæterum adversus atomorum quantitatem moveri potest objectio, quæ paucis discutienda est. Globus perfectè rotundus, si volvatur super tabulam perfectè planam, continget eam in puncto indivisibili, quod nequit esse quantum. Quum enim, quæ se invicem contingunt, in eo sunt æquata, in quo se contingunt, non potest contactus globi, & plani fieri in aliquo quanto. Daretur alias aut rotunda figura in plano, aut plana in rotundo. Hoc fieri nequit ob diversitatem figurarum. Deinde rotundum definitur, cujus omnes partes æqualiter undique distant à centro. At si in rotundâ figurâ daretur aliqua planities, extremitates illius magis à centro distarent, quàm medium. Atque idem dici potest de rotùndititate in plano. Huic potest responderi, aut hoc accipi posse de globo reali, aut de imaginario. De globo reali

bo reali ſi accipiatur, negari poteſt, dari poſſe globum tam rotundum perfectè, & tabulam tam perfectè planam ut contactus fiat in indiviſibili propter hanc atomorum quantitatem. Neque tamen hoc pugnat cum definitione globi realis, quum ille ſit, cujus reales partes, nempe atomi, æqualiter à centro diſtant, quamvis atomorum latera non diſtent æqualiter. Atque hîc obiter quæri poteſt de atomorum figurâ, quæ ſit? Habent enim aliquam, quia habent trinam dimenſionem. Forte eſt rotunda. Si talis ſit, facile capi poteſt, quomodo rotunda figura ſit perfectè rotunda, ſed ità non erit perfectè plana figura.

Tum duæ aut tres atomi, ſi ſe tangant, neceſſe eſt inter illas interjectum eſſe vacuum. Duo enim globi rotundi, aut tres, ſi ſe invicem tangant, quod inter illos interjacet ſpatium, à rotundo corpore nequit repleri.

Quare nec quod interjacet inter atomos, compleri poteſt ab atomo. Nam ſicut ſe corpora majora habent ad ſe

invicem ita ejusdem figuræ corpora minora secundum proportionem ad se invicem se habent. Fortè non est absurdum dari inter atomos exile aliquod vacuum, quod tam sit exile, ut atomum capere non possit. Si enim aut ęquale aut majus atomo foret, facilè caperet atomum. Fortè figura atomi est quadrata. Hic enim nullum dabitur vacuum. Fortè diversæ atomorum figuræ. Vt sit, figura atomi tam exigua est, ut sensu non capiatur, vix intellectu. Quare illam quæstionem in medio relinquamus. Si globus accipiatur, prout illum imaginatur Mathematicus, & partes imaginariæ æqualiter à centro distare debent. Quare concedo contactum istum fore in puncto non quanto. Sed ille contactus realis non esset, sed imaginarius. Propterea rectè negant Mathematici, perveniri posse ad minimum punctum imaginarium, quum semper adhuc minus possit concipi. Ita si duo circuli concentrici ducantur: & à singulis majoris circuli punctis ad centrum ducantur lineæ rectæ, necessario totidem puncta dabuntur in circulo minore. Alias plures

lineæ

linee per unum tranſirent indiviſibile punctum. Id ſi contingeret, aut lineæ illæ non forent rectæ, aut æqualiter ducerentur ad idem majoris circuli punctum. Sed quum reales atomi ſuam habeant extenſionem, non eſt abſurdum à circulo majore duas diverſas lineas duci poſſe, quæ tranſeant per eandem atomum circuli minoris: licet non per eandem atomi imaginariam partem. Sed & illa linea foret imaginaria. Cęterum à majore circulo diverſimodè duci poſſunt lineæ, quæ tranſeant per duas atomos, ſcilicet utriuſque dimidium: quod fieri poteſt ob atomi quantitatem. Atque hoc modò ad illud quoque reſpondetur: ſint lineæ trium atomorum, moveantur ſuper illas duo mobilia, quorum unum duplo velocius moveatur, quàm alterum, neceſſe eſt, aut inſtans dividi, aut punctum; nempe ſi velocius in inſtanti tres atomos tranſeat, alterum unum cum dimidio tranſibit; aut unum in inſtanti tranſeat tres atomos, quòd eſt velocius, tranſibit in dimidio inſtanti. Nos concedimus imaginariam diſtinctionem laterum dari in atomo

ob hæc & alia; ſed realem diviſionem negamus, quæ ex hoc motu ſuper atomos non infertur, ſed tantum extenſio: Sic reliqua Mathematicæ lineæ axiomata de imaginariâ diviſione accipienda ſunt, non de reali; ut unamquamque lineam poſſe dividi in duas partes æquales, duas inæquales: ergo & eam quæ ex tribus conſtat atomis. Item unamquamque lineam ſecari poſſe proportionaliter, ſicut aliam ſectam. Ergo & quatuor atomorum in tot partes, in quot quinque atomorum. Quare minimum punctum Mathematicum concipi non poteſt. An ergo infinita ſimul in qualibet linea concipiuntur? Nec hoc puto, qui ſcio humanam mentem nihil infinitum poſſe comprehendere. Sed hæc extra propoſitum.

SECT. II.

De atomorum variâ mixtione.

EX his conſtat, nihil reale eſſe in corporibus præter atomos, ex his omnia corpora ſunt compoſita. Cæterum non caſu confluxerunt, ſicut putabat Epicurus, ſed hinc manifeſta fit Dei providentia, ſecundum quam unamquamque atomum ſuo diſpoſuit loco. Ita ex atomis homogeneis facta ſunt corpora homogenea, ex atomis heterogeneis heterogenea. Ita corpora ſunt vel contigua, vel continua, ob harum atomorum inter ſe continuitatem, vel contiguitatẽ: quamvis nullum reperiatur continuum, quod non ſit quoque contiguum. Illas enim partes continuas dicimus ſibi invicem, inter quas junctas nullum obſervamus diſcrimen: ſicut & hanc & illam aquæ guttam. Continuę ergò eſſe nequeunt, niſi ſe invicem quoque contingant. Idcirco continua uno communi termino dicuntur contineri: contigua verò propriâ dicuntur,

quę terminos diversos habent, quibus se invicem contingunt. Adhæc & corporum mixtio fieri solet, quatenus elementorum atomi variè inter se commiscentur. Ita enim definitur mixtio: motus corporum minimorum ad mutuum contactum, ut fiat unio. Corpora minima sunt atomi, quæ variè commiscentnr. Hæ se mutuò debent contingere. Si namque se invicem haud contingant: quomodo inde fiet corpus unum? Neque hic contactus tollitur per continuitatem, sed manet. Quo enim modo corpus posset esse unum continuum, nisi partes se invicem contingerent? Neque hæ atomi ita mixtæ fiunt unum ens, neque tale quid ex ijs fit: totum illud fit unum continuum. Moventur autem, ut fiat unio atomorum, non unitas. Quando autem res in sua principia rursus resolvitur, hæ atomi ita mixtæ à se invicem segregantur, & atomi terræ congregantur, atomi aquæ quoque in unum colliguntur. Ex his atomis ratio quoque danda est rarefactionis & condensationis. Hæ enim quomodo fierent, nondum vidi explica-

plicationem. Sanè corpus non poteſt extendi, non poteſt quoque contrahi, niſi corporum penetratio quoque admittatur. Nam quum atomi ſunt minima corpora, quæ propter indiviſibilitatem minora fieri nequeunt, neceſſe eſt, ut, ſi totum corpus contrahatur, multæ atomi ſe invicem penetrent. At nos multò manifeſtiores cauſſas damus rarefactionis & condenſationis. Nempè corpora rarefiunt, quando hæ atomi à ſe invicem ſegregantur, & intermedius intercedit aër. Ita in fumo, ſunt minimæ partes aquæ à ſe invicem ſeparatæ, interjecto inter illas aëre. Quando vero condenſantur, aër hic expellitur, & partes fiunt propiores. Vt ita errent, qui aëra rarum dicant. Sola terra & aqua, & corpora ex iJs mixta, rara aut denſa dici poſſunt, ſicut in ſuperioribus eſt diſputatum.

EXERCITATIO. DECIMA-QUARTA.

DE MATERIA ET FORMA.

POst disputationem de natura & entitate compositi, disputandum restat de partibus componentibus. Et quamvis illa satis nova, satis paradoxa, tamen ijs nondum contenti sumus, sed alia adhuc addenda; quæ uti inaudita ita quoque maxime faciunt ad evertendam Peripateticorum Philosophiam, quâ eversâ in parte quiescamus. Ajunt Peripatetici omne corpus esse compositum ex materia & forma. Neque adhuc inventus, qui ausus fuerit contradicere. Proferamus nos aliquid novum, &, ut corruant omnia, quæ huic superstructa sunt, fundamentum hoc funditùs evertamus. Nullam putamus in rerum naturâ dari aut materiam aut formam, quas Peripatetici partes corporum statuunt. Id quod solidis rationibus demonstrandum est. Quò enim scitissima hæc sententia

Digitized by Google

ſententia à vulgo eſt remotior, eò calumniæ erit propior. Sed vulgus hac in parte non eſt curandum, verum ipſa rei veritas defendenda. In prima acie collocamus hoc uſitatum argumentum; entium numerum augeri non debere ſine manifeſtâ neceſſitate. Hunc augent, qui unam ſimplicem eſſentiam in corporibus non agnoſcunt, ſed duo diſtincta entia, materiam & formam ſomniant, quæ in unoquoque ſunt corpore. Quid illi ſciunt, non eſſe corpus unam ſimplicem ſubſtantiam varijs accidentibus veſtitam? Aut unde cognitas habent hujuſmodi materiam & formam? Neque enim hæc ſentiuntur eſſe, neque S. litteræ illud teſtantur, nec eſt principium innatum dari eas. Non enim illud ſtatueret homo Philoſophicis documentis nondum imbutus. Quare aliquid earum debet eſſe indicium; aut ſi nullum ſit, eſſe has ſtatuunt, quas eſſe neſciunt. At non homo ſapiens aſſeverat, quod neſcit. Conſideremus omnia argumenta, quibus eas dari arguitur. Si nullum afferatur ſolidum, quidni aniles nugas eſſe, ac otioſa

hominum

hominum commenta, quæ de ijs tradun-tur dogmata intrepidè asseramus. S. Scri-pturam nobis opponunt. Gen. 1. In prin-cipio creavit Deus cælum & terram. Terra autem erat res informis & inanis, tenebręque erant in superficie abyssi, & Spiritus Dei incubabat superficiei aquarum. Hîc ajunt haberi, Deum, inanem & informen condidisse materiam in principio, ex quâ reliquis diebus distinctè reliqua corpora efformaverit, ut de hac quoque illud poëtæ intelligendum sit rudis indigestaque moles. Nos hac in re ethnicos poëtas haud moramur, & hunc contextum aliter ex-plicamus. Non dicitur Deum creasse ma-teriam cæli & terræ, sed ipsum cælum & terram. Cælum hîc intelligi Empyreum cum suo exercitu, alibi disputandum est. Deinde subjicitur; terra autem erat inanis informisque; non verò cælum & terra. Quo igitur modo statuunt per cælum & terram intelligi hanc materiam, quum de solâ ter-ra dicatur, esse inanem & informem? Quod ipsum manifestè evincit vox, *autem*. Quod si nunc per terram significetur omnium

corpo-

corporum communis materia, cur hæc magis terræ vocatur nomine, quàm aëris quàm aquæ, quàm alius corporis. Imò quum postea omnium corporum reliquorum censeatur creatio, si hæc non sit terra, sed ejus tantum materia, ubi, quæso, terræ narratur creatio? Nuspiam fortè, si ita explicanda sit Scriptura. Nos ergo sic putamus; omnium corporum creatorum in eo capite discribi creationem, etiam terræ, etiam aquæ. Neque hîc disputandum, an mundus propriè ex nihilo productus sit, an reliqua corpora propriè creata sunt, an creare significet propriè aliquid ex nihilo facere; sed has quæstiones suis authoribus relinquimus, qui ijs delectantur. Quapropter in principio ipsa terra & aqua sunt creatæ; quia in reliquorum dierum historia fit earum mentio ut creatarum, non ut creandarum. Imò ipso versu. 2. dicitur Spiritus Dei incubasse superficiei aquarum, Quomodo huic incubare potuit, si aquæ tunc nondum erant, sed tantum earum materia? Hîc tamen duo quæri possunt non exigui momenti. Vnum; si omnium

nium corporum hîc narretur creatio, ubi aquæ? Alterum, si terra non fuerit materia illa prima, sed eam habuerit essentiam, quam jam habet, quomodo potuerit appellari inanis & informis? Quid fuerit abyssus? Respondendum est, per terram in principio conditam significari totum globum terrenum, prout ex terra & aqua constituitur. Quum enim in principio Spiritus Dei incubaret aquis, necesse est eas conditas in principio. Quod ex eò suadetur quoque, quod ex versu 9. deduci videatur, aquas fuisse terræ commixtas. Dicitur enim: confluant aquæ istæ, quæ sub hoc cælo sunt in locum unum, & conspicua fiat arida. Aridam autem vocavit Deus terram. Hanc ergo obtegebant antè aquæ. Quare probabile est terram fuisse lutum & massam ex terra & aqua mixtam. Inanis igitur terra dicebatur, quia nullis adhuc erat ornata plantis & animalibus, in quorum gratiam erat condita. Informis; quia cum aquis mixta, nondum haberet figuram sibi debitam. Abyssus, quia nondum erat illuminata,

sed

ſed aquis adhuc obtecta. Proferunt quoque argumenta ex Philoſophia petita, quæ ordine conſideranda ſunt. Si non datur forma nec materia, corpora, quæ fiunt, neceſſe eſt ex nihilo fieri, &, qúæ intereunt in nihilum interire. Non enim eſt communis materia, ex quâ fiant, & in quam intereant.

Sed nullum corpus poteſt aliquid ex nihilo facere, aut in nihilum redigere, quia hæc eſt actio ſolius Dei. Plura tamen corpora quotidie fiunt, & intereunt, ac in ſe invicem tranſmutantur. Sic ignis fit ex aëre, ſic aër ex aqua.

Quid enim aliud ſunt vapores ex aqua exhalantes, quàm aër? Non enim ſunt aqua, quando ad vitreas feneſtras condenſantur, & in guttas mutantur. Sic mixta fiunt, quæ anteà non erant, & eſſe quoque deſinunt. Neque in nihilum rediguntur, ſed in ſua principia reſolvuntur. Hujus argumenti vis tota duobus nititur fundamentis: unum eſt, nihil fieri ex nihilo: alterum plura corpora quotidiè fieri & interire.

Prius

Prius illud exercitatione ſequente planè evertemus & invertemus. Putamus enim, quicquid fit ex nihilo fieri, quicquid interit, in nihilum interire. An vero res aliqua creata potis ſit hanc actionem exercere, ibidem diſputabitur. Quare fundamentum poſterius hoc loco ſuper eſt diſcutiendum. Nego planè ullum corpus factum eſſe, niſi per ſolam creationem, quum Deus Opt. Max. mundum hunc crearet: nego ullum interijſſe, aut interire poſſe, niſi ab eodem in nihilum redigatur: nego unum corpus in aliud tranſmutatum eſſe, & tranſmutari poſſe. De accidentibus alia eſt ratio. Propterea qui ignem ex aëre fieri clamitant, ijs reſponſum eſto; nec ignem ex aëre fieri, ſed vapores accendi, neque ignem eſſe corpus, ſed corporis accidens: quod alius eſt loci. Sic aërem fieri ex aqua, aquam rurſus ex aëre minus ſtatuunt Philoſophicè. Non enim eſt aër, quod ex aqua videmus exhalare, & ad vitreas feneſtras condenſatum in guttas reſolvi, ſed vapor. Hic autem totus conſtat ex ſubtiliſſimis aquę partibus, vi caloris à ſe invi-

ſe invicem ſegregatis, quæ vi frigoris iterum poſſunt condenſari. Quodſi pertinaciter in propoſito perſeverent, quæram quî vapor ſurſum tendat, aër maneat ubi ſit? Qui craſſior, & alius appareat coloris, quàm aër? An frigus nunc pollet eâ poteſtate, ut unum corpus mutare poſſit in aliud? An & calor? Quum tamen ſuprà omni accidenti ea denegata ſit? Nec cauſſam juvat, quod vapor ſurſum tendat. Non enim motum illum eſſe vapori naturalem, ſed violentum à calore inditum in ſuperioribus demonſtratum. Sic etiamſi mixta fiant, etiamſi mixta pereant, nihil tamen ſubſtantiale corporum aut fit, aut perit. Non enim mixta ſunt entia per ſe una, ſed per aggregationem. Quum ergo mixtio ſit motus ad continuitatem, peribit mixtum, quatenus qualitates auferuntur, quibus in unitate partes continebantur.

Neque hîc confugiendum ad inſulſam illam elementorum inimicitiam, quâ in ſe invicem agere dicuntur, neque pace frui, niſi adſit rector quidam novus à quo in fide & officio contineantur, quem rectorem

formam mixti somniant. Sanè non apparent actiones elementorum, nisi qualitatum, quæ tamdiu in se invicem agunt, donec una exsurgat qualitas in mediocritate, quæ non eget substantia conservatrice, sed ipsa talis manet, donec ab extrinsecis accidentibus, qualitatibus, aut intendatur, aut remittatur. Neque moriente homine quicquam reale perit, sed anima tantum à corpore separatur, & deinde cadaver putrefit, ac in terram & aquam resolvitur. Neque moriente cane quicquam perit nisi sola anima. Ea verò, tantum abest, ut ex elementorum mixtione orta sit, ut à Deo ex nihilo sit creata, & ab eodem in nihilum quoque redigatur. Quare omnino pernegamus ullam corporis mutationem essentialem esse datam: quæ prius deberet demonstrari, quàm ex eo materiam & formam probare deceret. Sed forte ad calendas Græcas afferentur demonstrationes. Nostræ ex superioribus haberi possunt. Exempla nonnulla alia afferunt, quàm hîc recensuimus sed hujusmodi sunt, ut vel ignavissimo rustico moverent risum.

Ajunt

Ajunt enim ex igni fieri aquam, ex bove apes ac crabrones. Quæso quid ab homine ineptius potest excogitari? Ego in focis sæpius observavi ignem extingui ab infusâ aquâ, sed ex eâ fieri nunquam vidi. Illud tamen subjectum, quod huic subest mutationi, vocant materiam. De quâ tam aniles proferunt fabulas, ac ineptissimorum sophistarum deliria, ut ea indigna putemus nostrâ refutatione. Transeamus ad aliud argumentum. Nisi daretur materia & forma in corporibus, res simplices forent, & non composita: ita volumus, corpus habere simplicem unam essentiam corpoream, per quam sit corpus, sicut angelus simplicem spiritualem habet, per quam est spiritus.

Sed illi, simplices si forent, non haberent essentiæ suæ ac perfectionis limitationem, quia nullas haberent partes componentes; quod uni soli Deo proprium, creaturis incommunicabile. Ita solent Philosophari. Sed ex hujusmodi argumentis tam universalibus, & in angelis quoque

ponerent ex materia & forma compositionem; quod illorum nemo admittit. Quæso unde angelus essentiam habet finitam & perfectionem, qui ex materia & formâ non constat? Nempe ab eo, qui illum produxit; non à partibus, ex quibus constat. Qui fecit Deus creaturas, eam cuique dedit essentiam, eam perfectionem, quam sapientissimæ ipsius voluntati placebat ad hunc vel illum finem ordinare. Sed illi totam creaturę imperfectionem statuunt in compositione, perfectionem Dei in simplicitate. Ego Deum esse simplicem lubens fateor, sed ob simplicitatem esse perfectissimum non puto. Verum quia à nullo alio est, existentiam habet ex sese necessariam, nec habuit quenquam, qui ipsi terminos præscripsit aut essentiæ aut existentiæ, aut potentiæ. Has erga perfectiones habet Deus, quia efficientem caussam non habet: creatura non habet illas, quia efficientem habet.

Hic enim quum ad certum finem faciat, quod facit, eam necesse est largiatur rei naturam & perfectionem, quæ ad illum finem

finem medium esse possunt. Et, si creaturam eâ de caussâ dicant imperfectam, quòd non sit composita, quęso, quâ de caussâ ipsa materia & formâ habet essentiam finitæ perfectionis, quæ tamen simplices sunt. Non enim ex aliâ materiâ & formâ componuntur, quia in infinitum non datur progressus, qui hoc modo daretur hîc. Res, ajunt, forent quoque ingenerabiles & incorruptibiles, nec fieri possent nisi ex nihilo, nec interire, nisi in nihilum. Nos hoc utrâque damus manu. Si namque nulla detur materia, nihil ex ea potest fieri, nihil in eam interire. Sed illi contra, res ita fore immutabiles. Sed hoc sequi negamus. A quo res productæ sunt, ejus potentiæ adhuc ita subjectæ sunt, ut, quando illi placet, non sunt. Quare concedimus corpora variè mutari secundum accidentia; sed secundum essentiam mutari posse haud puto, nisi ab eo, qui omnium primò mutavit. Si corpora carerent materia, nullum haberent principium corporeitatis. Internum non habere damus; externum verò nequaquam. Sed nec corpus

magis indiget interno principio corporeitatis, quam angelus ſpiritualitatis. Cæterum metuunt, ne corpora ſint entia incompleta, quæ fieri putant per formam: ne ſub certo ſubſtantiæ genere ac ſpecie conſtitui non poſſint, ſub quibus conſtitui dicuntur per formam; ne à ſe invicem ſint diſtincta: quandoquidem nec ab accidentibus hæc fieri poteſt diſtinctio, nec ab aliquo vtrique communi, ſed à ſolâ formâ, per quam res eſt id, quod eſt, & non illud, quod eſt aliud. Ab hoc metu eos facile liberamus, qui aſſerimus res habere unam ſimplicem eſſentiam, eamque completam & perfectam per ſe ipſam, per quam res ſub genere ac ſpecie conſtituantur, & à ſe invicem diſtinguantur. Sic enim hanc conſtitutionem & diſtinctionem fieri non poſſe per aliquam rem diſtinctam, antea dictum eſt. Et latius idem in Logicis declarandum eſt, ubi materiam & formam Logicam eſſe ipſam rei ſubſtantiam, & non niſi ſolâ ratione differre à re demonſtrandum eſt. At hic de formâ agimus & materiâ, quæ effictæ ſunt à
peripa-

peripateticis & ex quibus realiter distinctis realia corpora dicuntur componi. Neque una est in omnibus corporibus essentia communis; alia terræ, alia aquæ, alia alius corporis. Partes terræ inter se differunt numero; à partibus aquę distinguntur specie aut, vti quidam loquuntur Logici, genere proximo. Ab eo metu sic liberati, liberandi quoque sunt ab alio simili metu; scilicet ne plura tam diversa accidentia uni inesse possint corpori, nisi insit una forma, à quâ dependeant. Hinc enim putant fieri, ablato uno accidente, quod simul quoque auferatur alterum, etiamsi à se invicē non dependeant, nempe quia ablatâ formâ cuncta quoq; auferantur. Verum de hisce accidentibus facile iudicium fieri potest ex ijs, quę in superioribus declarata sunt. Ibi enim qualitates secundas primis debere suam originem declarabamus. Quare in oleo, oblato calore, necesse est quoque tolli fluorem, quia hic ab illo dependet. Imò ita se habent essentię elementorum, & mixtorum, ut tam ad calorem, quam ad frigus, ac eorum comites qualitates sint

indifferentes. Vt ita planè falsum sit, mutatis qualitatibus, aliquid essentiæ quoque mutari. Ex quibus apparet, quomodo plura accidentia inesse possint uni subjecto. Vbi enim calor, ibi & caloris effecta; ubi frigus, ibi frigoris. Calor verò & frigus, aut effecta caloris & frigoris uni subjecto simul inesse, repugnat eorum naturæ. Neque in temperamento est utraque qualitas & calor, & frigus, sed una tantum aut calor aut frigus, quæ ob reactionem aliquo modo remissa est, & ab intensiore gradu ad mediocritatem reducta. Hæc eorum argumenta ita enervata sunt, videamus alia. Dantur, ajunt, actus accidentales, qui accidentaliter substantiam perficiunt, ac informant, ut sunt calor, frigus, & alia accidentia. Dantur quoque actus substantiales in rebus animatis. Sic enim anima corpus informat ac perficit. Pari ergo jure putandum est dari substantialem actum in corporibus inanimatis, qui illa actuet, ac in unitate essentiæ contineat; à quo omnes eorum proveniant actiones. Sic in rebus animatis datur materia quædam,

dam, ex quibus constant, nempe corpus; datur & inanimatis mixtis materia quædam, nempe elementa. Quare & hîc hujus materiæ actus quidam esse debet, sicut est corporis animati: & in elementis similiter materia quædam, sicut est in hisce mixtis corporibus.

Hoc argumentum in hisce superioribus ferè refutatum est. Ibi namque dictum est, accidentia nec actuare, nec perficere substantiam. Similiter nec animam corpus. Agit quidem anima per corpus, & ejus utitur organis, sed ei nullam confert perfectionem; neque informat corpus. Non enim corpus per animam est corpus, sed per suam essentiam corpoream. Neque corpus hominis est materia magis, quàm anima: neque anima magis est forma, quàm corpus. Non enim homo per animam est homo, sed per humanitatem; neque ex corpore factus est, aut ex eo suam habet essentiam. Neque in hisce rebus ita compositus datur ullum ens per se unum, quod indigeat aliquâ substantiâ, à quâ in unitate contineatur; sed entia sunt per aggregationem.

tionem. Ita in rebus animatis datur corpus & anima, ex quibus componuntur, in rebus mixtis elementa. Neque elementa sunt talis mixtorum materia qualis fingitur à Peripateticis; sed qualis farina & lac sunt materia pultis, aut calx & lapides materia ædium. In hoc tamen posteriore exemplo videtur major diversitas, quia hæ partes non sunt factæ continuæ, sed retinuerunt suam contiguitatem. Ideo ædes potius dicuntur ens per aggregationem, quàm puls, quamvis in se tam hæc, quàm illa ita dici debeant. Interim non nego horum entium per aggregationem materiam dici entia, ex quibus aggregatæ sunt, sed illa materia non est Physica, quam commenti sunt Peripatetici, sed quæ in logicis materia dicitur consideratione nostrâ. Vnde forma ejus non est aliquod ens, sed tantum horum entium unio. Ita materia canis sunt anima & corpus, forma eorum, unio. Sed in entibus simplicibus hujusmodi unio non reperitur. Quare eorum forma est ipsa rei essentia, quæ definitione exprimitur.

mitur. Sed de his latius in Logicis. Hoc ergo ad argumentum propositum: neque substantiam accidentaliter informari ac perfici ab accidentibus, sed hæc in ea esse, & in illam agere. Neque corpus informari ab anima essentialiter, sed hanc in illo esse, & per illud agere. Corpus enim, in quo est anima, habet suam essentiam corpoream non ab anima, sed per se ipsum; eamque retinet animâ abeunte. Quare adhuc aliam habere debet formam. Tum & negamus in corporibus inanimatis tales apparere actiones, ob quas forma aliqua ijs sit attribuenda. Nam & hinc rationes desumuntur, quę ponderandæ sunt. Multæ, ajunt, dantur corporum actiones admirandæ: ut quod magnes ferrum trahat, aut ferrum moveatur ad magnetem. Actio hæc non provenit à qualitate (quæ enim illa foret qualitas?) sed à substantia. Quum ergo talis sit substantia in mixto, neque sit elementorum aliquod (non enim illa hac pollent vi) necesse est, ut sit forma quædam substantialis per mixtionem producta.

Sed

Sed hoc planè non est necesse. Si enim hæc forma per mixtionem fieret, aut ex aliquo, aut ex nihilo fieret. Si ex aliquo, ergo ex elementis, quia ex ijs fit mixtum. At hæ actiones, quum nec actu, nec potentiâ insint elementis, non potest ex ijs fieri substantia, à qua hæ actiones proveniant. Quare necessariò ex nihilo fit. A quo ergo? Non enim à corpore ullo, quia corpus non habet potestatem efficiendi aliquid ex nihilo, vel redigendi in nihilum. Interim forma mixti si quæ foret, ex elementis fieri deberet, & ab ijsdem saltem in rebus inanimatis. Ita enim vi caloris aut frigoris mixta producuntur; quæ agere dicuntur in virtute suorum elementorum. Idcirco hæ actiones à formâ mixti provenire nequennt, quæ elementis haud est nobilior, quorum est effectum, sed à nobiliore aliqua substantia. Quamobrem nos putamus plures dari substantias quàm terra, aqua, aër, stellæ, quæ lateant sub aqua ac terra, à quibus proveniant variæ illæ actiones, quæ in nonnullis gemmis conspiciuntur. Quamvis multæ quoque sint actiones,

quæ

quæ à qualitatibus oriantur. Neque has ſubſtantias terræ & aquæ partes eſſe cenſemus, ſed ſub ijs latere, earumque partibus eſſe commixtas, & in principio à Deo Opt. Max. creatas. Aut, ſi quis omnes operationes ad veras manifeſtas cauſſas poſſit revocare, ego non multiplicabo entia abſque neceſſitate. Sed ex motu corporum putant ſe poſſe demonſtrare materiam & formam. Moventur enim ad ſuum locum naturaliter. Quumqne idem nequeat eſſe movens & motum, ſequitur duas eſſe in ijs corporibus ſubſtantias, quarum una moveat, altera moveatur, una ſit materia, altera forma. Huic puto ſatiſfactum eſſe, ubi motum à vi impreſſâ demonſtravimus. Et etiamſi illud non ſufficeret, tamen argumentum facile everti poſſet. Angelus enim, quando è cęlo huc ad nos venit, à quo movetur? An non idem ibi eſt movens & motum? Quidni ergo & in corpore idem eſſe poſſet? Neque alicujus ponderis eſt, quod ajunt nonnulli. Angelum non moveri propriè. Sanè quomodo abſque motu & loci mutatione

Respondetur paucis: cælum non moveri, sed stellas cæli. Has esse aliud corpus, quàm est aër, lubentes damus. Sunt alij, qui cælum igneum faciunt, quia est lucidum & fons caloris. Sed hi perperàm attribuunt cælo, quod est stellarum. Alij cælum aqueum faciunt, quia Hebræa vox Schamaijm ab aquis est desumta. Sed nec ex vocibus judicium sumi potest de rebus, nec doctissimi Hebræi hanc notationem probant. Illi proferunt quoque locum ex epistola Petri; cælos jam olim exstitisse per Dei sermonem, & terram ex aquâ, & in aquâ exsistentem. Sed hoc loco dicitur tantum, terram constitisse in aqua & ex aqua: non autem cælum. Et quæso, quis finis foret cælestium illarum aquarum? Forte ut Angeli & beati homines in ijs natarent. Alium invenire nunquam potui.

SECT. II.

De orbibus & stellarum in cælo motu.

Cæterum adhuc paulò latius de eo disputandum est, stellæ an per se moveantur cælo immoto, an verò orbibus infixæ sunt? Hoc enim posterius si fuerit probabatum, actum erit de nostrâ sententiâ. Initio hoc quæro; an non Deus potuerit tales creare essentias lucidas, inanimatas, quæ possint in tenuissimo corpore collocari, & in eo ex naturâ suâ circulariter moveri, & viginti quatuor horis tantum spatium percurrere, quantum est cœli ambitus? Si negent, dent contradictionis implicationem? Sin affirment, dent rationem, quare eas aliter fecerit. Ita enim factas esse visui probabilius est. Stellæ ajunt motu suo sonum excitarent. Et quid inde absurdi? Quamvis ego sonum illum non audiverim. Cœlum ajunt motu stellarum finderetur, & sic vacuum spatium daretur. Concederem hoc, si cœlum duræ foret essen-

tiæ. Nunc quum Cœlum ſit tenue, fluidum, ſtellæ advenienti locum dare poteſt, & ſuccedere in locum; ex quo movetur. Stellæ fixæ, ajunt non poſſent æqualem inter ſe diſtantiam ſervare, niſi ſtellæ minores æquè celeriter moverentur, ac majores. Sed neque hoc abſurdum. Et ſanè, quod non miramur in avibus per aëra volantibus, quo modo miraremur in ſtellis? Qui illas initio condidit Deus, etiam ſuum cuique dedit motum, etiam terminos præſcripſit, quos ultra citraque progredi haud liceret. Stellæ, ajunt, deorſum caderent, ſi liberè in aëre moverentur. Sunt enim graviores aëre, quia denſiores; ſiſtunt namque viſum. Sed hic metus planè eſt inanis. Nunquid globus terrenus undiq; aëre cingitur, & tamen in loco ſuo manet? Quidni ergo ille idem Deus, qui hoc fecit, potuit quoq; facere ſtellas, ut non haberent in ſeſe vim aliquam, quâ aut ſurſum aut deorſum moverentur, ſed tantum circulariter? Imò fecit quoque tales, quia motus circularis ijs eſt naturalis, & plures uno motus rei alicui naturales eſſe nequeunt. Illi quoque

que ocularem allegant experientiam: Via lactea est pars cœli, quam moveri cernimus. Quodsi pars cœli movetur, necesse est & totum moveri. Cœterum viam lacteam non esse partem cœli, sed minutissimarum stellarum splendorem, quæ ob exiguitatem non ita radios spargunt, & ob propinquitatẽ splendorem quendã unum faciunt, beneficio perspecilli noviter inventi observatum est. Sed illi admodũ urgent hoc argumentum; omne corpus globosum movetur aut circumvolutione, aut circumgyratione. Stellas non ita moveri, aut saltem non omnes; cognosci potest ex lunæ facie, quæ semper eadem est. Verum disjunctum illud axioma negatur. Sicut enim spheræ ferræ displosis tormentis citissimè simplici gressu transvolant: ita quoq; sydera moventur simplici progressu. Globosam verò habent figuram, quia hæc aptissima ad celerrimum motum. Potest enim corpus, per quod movetur hęc, minus resistere, quia figuræ hujus nulli anguli; & facilius findi, quia non tantũ simul finditur. Sed ex duplici motu cælesti, uti vocant, firmissimum

 argumen-

argumentum contra nos depromi jactant. Nam præterquam quod Sol à primo mobili moveatur ab ortu in occasum etiam proprio motu movetur ab occasu in ortum. Ille motus conficitur viginti quatuor horis. At hic posterior uno anno; estque motus, quo Sol transit Zodiacum, & vel ad æquinoctialem propius accedit, vel ab eadem versus polum Arcticum vel Antarcticum recedit, unde oritur dierum variatio & noctium. Quodsi nunc stellæ liberè in cœlo moverentur, hoc contingere non posset; quoniam Sol est corpus simplex, ideoque uno tantum motu potest moveri. Ad hæc ita respondetur; primum mobile secundum illos viginti quatuor horarum spatio ad idem punctum pertingit, à quo moveri cæperat; & absolutis viginti quatuor horis, in eodem loco & puncto consistit. Sol, si adhuc celerius moveretur, ita ut viginti quatuor horis absolveret trecentesimam sexagesimam partem circuli, ultra totum circulum, motus ejus unus quidem foret, sed duplex appareret. Nam quia singulis diebus trecen-

trecentesimam sexagesimam partem absolveret supra totum circuitum, annuo spatio totum compleret circuitum. Pari ratione nunc, quum Sol singulis viginti quatuor horis tardius moveatur, & ut trecentesima sexagesima circuli pars singulis vicibus desit, quam non permeaverit, non est duplex, sed unus tantum motus. Annuo enim spatio complet totum circuitum, omittendo singulis diebus trecentesimam sexagesimam partem. Variatio autẽ dierum & noctium ita oritur: Sol viginti quatuor horis non tantum non redit ad idem punctum, sed ne ad eundem numero circulum. Ita enim ab hoc circulo, quem hodie descripsit, recedit: ut cras vel propius ad æquinoctialem accedat, vel remotus ab ea recedat versus polos Arcticum vel Antarcticum. Atque idem de reliquis motibus sentiendum est. Sic ergo solutæ sunt rationes, quibus illi nituntur; pergamus nos porrò in nostris probationibus. Tenuissimum corpus non potest ex naturâ suâ moveri circulariter; quia planè ineptum est ad hunc motum, ut ex aëre cognosci po-

test. Tum nec secum potest rapere corpora solidiora; est enim tale, ut illis cedat. Neque illa ei infixa esse possunt, & ad ejus motum moveri. Cœlum autem esse tenuissimum & fluidissimum demonstravimus sectione priori. Præterea cometas apparuisse in ipso cœlo certissimæ docent Mathematicorum observationes. Vapores ergò eò ascenderunt. Ascendere non potuissent, si essentia cœli fuisset dura & impervia. Cometæ hi in cœlo quoque motu proprio moti sunt. Si enim motu orbis alicujus planetæ fuissent rapti, cur ductorem suum non perpetuò essent comitati, sed cum nonnunquam longo intervallo post se reliquissent, nonnunquam ab eo relicti fuissent? Ex quibus apparet cœlum cometis locum dedisse, neq; illos potuisse secum rapere, quomodo ergo potest secum rapere planetas, Aut quomodo hi ad motum ejus moveri possent, si cometæ liberè in cœlo spatiantur? Neque contra nos quicquam faciunt tropicæ S. Scripturæ locutiones quando cœlum dicitur claudi, aperiri findi, expandi, extendi. Hæ enim quum

de media aëris regione, in quâ nubes, ut plurimum dicantur, uti patet ex contextu, non possunt quoque propriè accipi. Quod autem Paulus dicatur raptus in tertium cœlum, id de diuersis cœli regionibus intelligendum est, non de diversis cœlorum essentijs. Ità primum cœlum est aër hic usque ad lunam; alterum cœlum stellatum, tertium Empyreum, quod qualem & quam habeat essentiam, nos latet.

SECT. III.

De intelligentijs motricibus.

HÆc de stellarum motu, quas ab intelligentijs moveri censent plerique Philosophi. At satis, me judice, ineptè. Ego quæro ab ijs, an non Deus facere potuerit talia corpora, quæ ex naturâ suâ circulariter moveantur, nec recto motu possint moveri; sicut fecit, quæ motu recto moveri possunt, & circulari nequeunt. Posse quis Christianus non

concederet? Vnde ergo hi acuti Philoſophi norunt quod ſtellas non fecerit tales, ſed motrices intelligentias ijs addiderit? Quicquid movetur, ajunt, ab aliquo movetur. Ergo & ſtellæ ab intelligentijs. Non enim à forma naturali; quia ex quo loco abeunt, ad eum motu circulari quoque redeunt. At forma, quæ eſt cauſſa, ut aliquid exeat ex ſuo loco, non poteſt eſſe cauſſa, ut ad eundem redeat. Cæterum an quicquid movetur, ab alio moveatur, ſuprà diſputatum eſt. De altero verò, an natura poſſit eſſe cauſſa, ut res redeat ad idem, unde ab eâdem naturâ movebatur: hæc diſtinctio conſideranda eſt; fieri poſſe in motu circulari, fieri non poſſe in motu recto. Id quod non videtur prolixiore explicatione indigere. Prætereà intelligentiæ illæ dicuntur conditæ ad movendum ſtellas. Sunt ergo propter ſtellas. Stellæ autem propter hominem. Quare homo eſt finis & ſtellarum & motus, & angelorum moventium. At omnis finis finito eſt præſtantior & nobilior. Homo igitur hiſce angelis foret ens perfectius, & preſtantius, ſi hi

ſi hi forent ſtellarum motores, id quod pugnat cum natura hominis & angelorum.

Non addam plura. Puto enim diſcuſſa eſſe, quæ de cœlo moventur alicujus momenti. Nam Peripateticorum de cœlo quæſtiones tam frivolæ ſunt, ut earum diſcuſſio nauſeam moveat. Eas ergo illis relinquamus, & ad alia nos accingamus.

EXERCITATIO DECIMA SEPTIMA.

SECT. I.

De elementis.

HÆc de cælo, ſupereſt, ut quæ noſtra de elementis ſit ſententia, exponamus. Id autem eâ brevitate, quàm res poſtulat, eâ perſpicuitate, quæ tam arduam decet diſputationem. Elementa dicuntur, ex quibus corpora mixta conſtant, & in quæ tandem reſolvantur; Ea numerari ſolent quatuor, Terra, aqua,

ignis aër. Quamvis reperiantur quoque qui nulla omnino agnoſcunt. Sed & hi & illi ab ipſa experientia manifeſtè refutantur. Mixta enim, quæ intereunt, in terram & aquam reſolvi experimur. Ita pomum ſi putreſiat, ita caro, ita quælibet herbæ per corruptionem in illas deſinunt. Quare ex ijs conſtabant. Quia aliàs tranſmutatione in illa corpora mutarentur, quæ in ijs non erant. Sed nos mutationes hujuſmodi ſubſtantiales corporum in ſe invicem haud agnoſcimus. Atque hinc evidenter erroris convincuntur, qui quatuor ponunt. Nullum enim eſt mixtum, quod in ignem aut aërem reſolvitur; ſed quicquid interit, in terram & aquam tantum corrumpitur. Illa ergo alia duo, ſi in mixto inerant, ubi manent? Neque enim aſſeri poteſt, quod ſubſtantialiter in terram & aquam tranſmutentur, aut quod eſſentiam in mixto non habuerint, ſed eam per mixtionem amiſerint. Nos ſuo diximus loco, quid de his tranſmutationibus foret ſtatuendum. Videmus quidem ex pomo putrefacto exhalare

halare vapores; sicut & ex alijs ejusmodi mixtis corruptis: sed eos aërem vocare crassius est in Physicis error. Elicitur ex silice scintilla quædam: sed illa non erat in ipso silice. Verum motu corporum crassiorum producitur calor, calore lumen. Pinguis ergo vapor percussione aut è silice, aut è chalybe expulsus vi caloris flammam concipit: sicut latius dicemus postea. Nunc videamus quibus argumentis quaternarius elementorum numerus defendi soleat. Ea desumuntur à motibus, à qualitatibus primis & earum combinationibus; à temperamentis. Desumuntur quoque à quatuor anni temporibus, & quatuor ætatibus: sed illa planè ridicula. A motu hoc: Quùm unumquodque simplex corpus habeat proprium motum, non potest hic esse in mixtis, nisi simplex insit quoque corpus, cujus est. Sed hoc nihil pro illis facit, qui ignem & aëra sursum moveri asserunt. Nullum enim est mixtum, quod naturâ sursum fertur. Nec fumus

pro

pro exemplo nobis opponi potest. Quia & hic mixtum corpus non sit; & illum vi caloris moveri ostenderimus supra. Quum ergo aquæ, terræ, aëris & omnium mixtorum unus tantum sit motus naturalis per rectam lineam ad centrum, non potest hinc quaternarius elementorum numerus probari. Sic neque ex primis qualitatibus, & earum combinationibus. Nam qui qualitates has in mixtis vident, & earum qualitatum subjecta in mixtis esse putant, rationem afferunt, quod hæ qualitates extra suum subjectum esse nequeant. Subjecta qualitatum quatuor sunt illis quatuor elementa. Ita & in terra ponunt frigus & siccitatem, & in aqua frigus & humorem, & in aëre humorem & calorem, & in igni calorem & siccitatem. Atque hoc fundamento nititur argumentum à quatuor mixtis temperamentis desumutum. Ideoque ad hæc una datur responsio: humorem & siccitatem inesse per essentiam terræ & aquæ, has ergo esse in mixtis, quia illæ insunt. Sed calorem & frigus non putamus ulli elementorum per se competere:

tere: sed unumquodque ad alterutram harum qualitatum habere se indifferenter. Tum neque aër per naturam magis est calidus, quàm terra aut aqua. Quo circa calor & frigus in mixtis inesse possunt, quamvis ignis & aër non insint. Nam frigus est in ipsâ aquâ & terrâ, prius quam sunt calefactæ. Calor verò in ijs producitur aut à sole, aut ab aliâ re calefaciente. Et etiamsi aër & ignis iessent in mixtis, tamen calor non solum in illis, sed in ipsa quoque terrâ & aquâ esse deberet. Quum enim res à frigore non misceantur, sed á calore res frigidæ, quæ miscentur, calefieri debent, ut misceri queant. Calefactæ miscentur vi caloris, quem in se habent, quatenus digeruntur ab eo. Quare nullius momenti hæc sunt argumenta.

SECT. II.

Ignem non esse elementum.

CÆterum ut manifestius evadat, ignem & aëra non esse elementa, de singulis in specie agendum est. Ac de igne quidem sufficeret hæc. Primò enim cum aquâ nullo modo misceri posset; accedens namque aqua aut minor erit, & sic evanescet, aut major, atque sic ignem extinguet. Sed quia illi, ignem, nescio quem, comminiscuntur, alia eaque firmiora sunt proferenda. Axioma non minus verum, quam vulgare est; ex quibus nutrimur, ex ejusmodi constamus. Quum enim per nutritionem elementa addantur corpori nostro, necesse est ut illa similia sint ijs corporis partibus, quibus adduntur. Vnde alimentum non incommodè definitur substantia corporis futura. Ex alimentis ergo præcipuam partem materiæ corporis nostri acquirimus. Nam parvuli infantes, quomodo ad tantam per

venirent

venirent magnitudinem, nisi per additionem materiæ? Materia non additur, nisi per nutritionem, nec haberi potest, nisi ex alimentis. Quare talis est rerum animatarum materia, qualis per nutritionem additur. Quantas enim arbores oriri cernimus ex exiguo semine? Eam ergo materiæ copiam ex alimentis sunt adeptæ. Ex quibus solidissimè hoc axioma comprobatur: ex quibus non nutrimur, ex ijs non constamus. Imò enim, ex quo constamus, aut saltem nostrum corpus constat, per nutritionem maximâ ex parte acquisitum est. Ex igni nulla res animata alitur. Potest illud inductione probari. Nos alimur herbis & carne: sed quia hæ quoque corpora mixta, videndum est, unde hæ nutritæ sunt. Quare tandem eò deveniendum carnem ali ex aquâ tanquam potu, & ex herbis tanquam cibo.

Nam caro bovina, quâ nos vescimur, ex herbis est nutrita. Herbæ verò tantùm ex terrâ & aquâ nutriuntur. Id rusticis satis notum: Et hinc videtur quoque probari: ex quo

ex quo aliquid nutritur, id à calore nativo prius debet concoqui, Est enim concoctio actio præcedens nutritionem, præparans alimentum, ut simile fiat partibus, quibus addetur. Ignis à nativo plantarum calore nequit concoqui. Est enim multò majore calore calens, quàm nativus calor. Quare ab eo nequit subigi & assimulari. Quicquid enim patitur, à potiori patitur. Nec satis est, si dicas, plantas foveri calore. Non enim calor est ignis, si hic sit substantia: neque foveri idem, quod nutriri. Quodsi jam ignis non sit in perfectis hisce mixtis, multò minus erit in imperfectioribus. Neque putandum est, si ignis in animatis non daretur, calorem non diutius servari posse in subjectis, quibus non est naturalis. In metallis enim, ubi non est necesse calorem diu persistere, conservatur, quamdiu sunt in cavernis à calore cavernarum. At in rebus animatis, quarum actiones exerceri nequeunt absque calidô, data est anima quæ in ijs perpetua sit caloris fons. Sed premam eos adhuc in majores angustias. Ignis si sit elementum,

locum quoque habere debet, ex quo venire possit eò, ubi fit mixtio. Et quum ignis hic nostras ex illorum mente non ingrediatur mixtionem, ubi quæso erit hic ignis elementaris? Sub sphæra Lunæ, ajunt. Cur ergo non efficit stellarum refractionem? Est enim diversum ab aëre Diaphanum. Tum si sit supra aëra sub luna, nullam potest ingredi mixtionem: multò minus esse elementum. Neque enim terra & aqua eò possunt ascendere, ut misceantur; neque ille huc descendere. Si descenderet, aut naturaliter, aut violentè. At naturaliter descendere nequit, quia est levissimus secundum Peripateticos: & secundum eos omne leve naturaliter tendit sursum. Neq; corporum simplicium, qualis illis est ignis, plures sunt motus naturales, quàm unus. Aut, si mecum statuas ignem illum debere esse gravem, non tamen tanta ejus potest esse gravitas, ut ei cedat aer. Neque violentè potest moveri. A quo enim moveretur. Aut ab inferioribus, aut à superioribus. Inferiora quâ vi ignem traherent? Aut per quos

nuncios significarent illi fieri mixtionem, ut deberet descendere? Aut cur potius partem moverent quàm totum? Aut cur hanc partem potius quàm illam? Aut cur potius tunc, quando fit mixtio, quàm alias? Aut quomodo tam subitò ignis posset per tantum spatium descendere? Eadem quoque quæri possunt, si à superioribus ipsum huc pelli dicas. Et præterea adhuc à quo, & quo motu? Nec responderi potest fieri hoc, quia ita postulat ordo universi. Quæram enim nihilominus, à quo moveatur? Scio quid responsuri sint: nempe ignem sic ex aëre fieri, qui misceatur. Neque propterea minuitur aër. Magna enim pars ignis superioris quotidie in aërem transmutatur. Neque minuitur globus ille igneus, quia hic noster ignis ad ipsum ascendit rursus. Sed has transmutationes in superioribus refutavimus. Tum quærerem à quo aër hîc apud nos in ignem mutaretur? Non à calore & alio igni. Nam quâ vi aut aër, aut terra, aut aqua, igneam substantiam efficerent? Hic ergo ignis unde hîc? Atque ita tandem eò devenien-

veniendum est, ut cum à suo loco huc venisse asseras. Nec sequitur ignem esse debere sub luna, quia cometæ in supremâ aëris regione accenduntur. Possunt enim accendi à sole, quem nos actu calidum statuimus. Vt ita accensio fieri possit, etiamsi radij solis non sunt refracti. Quum verò nihil sit frequentius in Peripateticorum responsionibus, quàm distinctio illa inter purum & condensatum, consideremus quoque modum quo purus hic possit condensari. Eum subtilissimè declarat omnium Philosophorum subtilissimus. Scaliger exercit. 9. pag. 40. Duplici de caussa comburit ignis, idque per accidens. Vna est alieni solidi adjunctio. Altera est, ubi ipse purus condensari posse conceditur. Vtriusque tamen una ratio: videlicet partium propinquitas: quarum coactione in minore spatio substantia major: ac propterea major vis. Quamobrem non comburit rarefactus, sicuti ne lucet quidem. Quod verò ita sit, familiari quotidianoque exemplo manifestum est. Qui fumus ascendit is in se

ignis habet plurimum. Non enim ascendit propter aquam: tantò minus propter terram ipsam. Sed neque ab aëre fiet motus is: in aëre enim est. Quem igitur quæret locum? Eum profectò qui supra aërem levissimæ debetur materiæ. Quem fumum, sive vaporem, sive exhalationem: quando neque vim habeat ad comburendum, neque luce ullâ fulgeat: pro verissimo accipies vel teste vel judice sententiâ sapientum. Si fumum non admittis; aliud exemplum præsto est. Quæ in verubus assantur, ab eò, quem videmus, igni non tanguntur: sed ab eo tanguntur, quem non videmus: adeo verò tanguntur, ut etiam crementur tandem, &c.

Ad hæc nos ita paucis. Partes propinquiores fieri nequeunt, nisi aut una penetret aliam, aut anteà fuerint dissitæ. Illud per se absurdum. Si hoc amplecteris, alterutrum eligendum est: aut inter partes interjectum fuit spatium inane, aut repletum aëre. Inane spatium non admittis qui Peripateticus es. Aerem ergo inter partes interjectum esse fatendum est: quia

aliud

aliud corpus, quod non est fluidum, illi officio non est aptum. Erit ergo ignis in propriâ regione maximè combustilis, maximè lucens, quia maximè condensatus. Non enim partes esse possunt dissitæ, ubi non est aër, qui inter illas possit esse interjectus. Aër quomodo in globo igneo esse possit, cujus locus supra locum aeris. Quâ vi eò foret attractus? Sed neque ignis in corpore combustilis est condensatus. Si enim existat in ipso corpore, danda est penetratio corporum. Si verò tantum in corporis, poris, non potest esse condensatus, quia partes corporis interjectæ sunt inter partes ignis. Tum nec fumus ascendit ob ignem in ipso existentem. Cur enim hic non eveheret fumum altius, quàm ad mediam aeris regionem, si eo usque ipsum moveret: sed ubi valediceret socio suo, solus iret ad patriam suam? Nec ignis est quo assatur caro in verubus, sed calor ejus, quem si dicas ignem, multum abuteris Peripateticorum patientiâ.

SECT. III.

Ignem esse accidens.

EFFIcacissimum argumentum ad ignem de elementorum solio deturbandũ hoc est: ignem esse accidens. Non enim accidens potest esse elementum corporis mixti. Sed probè, distinctèq; hoc accipiendum est. In igni apparent hæc tria: corpus combustile, lux & calor. Corpus combustile est substantia, non accidens. Sed hoc ignis dici non potest, etiamsi accendatur: manet enim, quod est. Calorem esse accidens ipsi dant Peripatetici: quemadmodum & lucem, quam ab igni abesse posse disputant. Quodsi ignis est substantia, habet essentiam ab hisce distinctã. Quæ illa? Nos intensissimum calorem, qui concepit lucem, vocamus ignem: neq; aliud quippiam inesse remur in igni, præter hæc accidentia & corpus, quod comburitur. Accidentia hæc sunt in corpore combustili, tanquam in subjecto. Neq; putandum est flammam existere in aëre; sed in vaporibus, qui sursum tendunt. Nam quemadmodum subjectum

ignis

ignis eſt humidum aliquod pingue, quod eſt in corpore combuſtili, & quoq; in fumo: ita ignis tam diu inhæret fumo, donec hoc pingue ſit conſumtũ. Neq; propterea dicendum eſt, accidens migrare de ſubjecto in ſubjectum, quia fumus ſequens aliud eſt numero ſubjectum, quàm abiens. Nam flamma aſcendens unà cum vapore non redit ad ſequentẽ vaporem, ſed extinguitur. Redit verò ab igni cum novo vapore nova flamma. Poteſt hîc quæri, ſi flamma inhæreat fumo, quomodo continua eſſe poſſit in ſubjecto non continuo? Neq; enim ignis poteſt eſſe in aëre, qui combuſtionis non eſt capax. Reſponderi poteſt, flammam videri non interruptam ob nimium ſuũ ſplendorem, qui replet poros, & ob motum continuũ. Sic enim & radij ſolares in aëre ſunt, & tamẽ inſtar ignis apparent. Interea tamẽ flammam quoq; raram eſſe argumento eſt, quod ob vapores craſſiores & ipſa ſit intenſior. Eſt igitur ignis intenſiſſimus calor, qui inflammatus eſt, & lucem concepit. Fieri id poſſe teſtatur experientia. Sole ſplendente aër illuminatus eſt & calefactus,

non ab igneâ quadam ſubſtantiâ, ſed à radijs ſolaribus; quod calor, quod lumen per vitrum concavum ita poſſint congregari, ut ſint inſtar ignis & videnti & tangenti. Quare ignem eſſe accidens inde poteſt deprehendi, quod nunquam per ſe ſubſiſtat, ſed alijs inhæreat: nunquam per ſe moveatur, ſed ſemper ad motum ſui ſubjecti: nullam obtineat propriam quantitatem, aut figuram, ſed eam, quæ eſt ſubjecti. Idem duobus alijs probari poteſt argumentis. Vnum eſt: vi accidentis non poſſe produci ſubſtantiam. Id quod antea diſcuſſum eſt. Vi ſolius caloris producitur ignis. Ita enim & à calore ſolis, & à calore motu ſolidorum corporum excitato ſtupa accenditur. Alterum, corpus non poſſe penetrare corpus: ignem verò eſſe in corporibus alijs. Ita eſt in ligno, lanâ, ceſpitibus, ac ferro accenſis & candentibus. Nec dici poteſt ignem exiſtere non in ipſâ horum ſubſtantia, ſed ejus poris. Sunt enim hæc corpora intus & in ſeſe tota, etiamſi in minimas fricentur partes, ignea, quod teſtantur & viſus & tactus.

SECT.

SECT. IV.

Aera non esse elementum.

EX hisce obiter quoque constat, & aerem è censu elementorum eximendum esse: quod adhuc amplius suaderi potest. Aër misceri nequit cum terra & aqua. Quum enim sit corpus tam tenue & fluidum, non potest unum fieri cum corporibus crassis, terrâ & aquâ. Nam ex superioribus istis abundè constat: aerem non posse alterari secundum qualitates, quas vocant, secundas. Alterari deberet, si cum terra & aqua unum continuum fieri posset. Sed nunc aër ubicunque est, ibi poros efficit, in quibus est. Nam, quamvis aëra non statuamus elementum, tamen illum in mixtis esse damus. Imò non tantum in mixtis, sed in ipsâ quoque aquâ: sicut antea diximus. Inde fit, quod unum corpus mixtum sit altero levius, quia est rarius & porosius: quia pori aere sunt repleti. Hinc fit, quod lignum aquæ injectum natet.

Quodsi tamdiu nataverit, donec pori hi sunt repleti aquâ, tandem mergitur. Cur igitur aër non est elementum, si sit in mixtis? Quia quum in poris mixtorum tantum sit, pori autem hi non sint mixti partes, sed spatia inter partes, non constituit aër mixtum. Ita carnis pars non est aër, quia existit in poris carnis. Huic argumento & aliud potest addi: nos nutriri non posse ex aëre, quare non ex eo constare. Nutrire non potest aër, qui pars fieri nequit ullius corporis crassi & densi, quale omne mixtum. Non enim aër suas potest deponere qualitates secundas, & assumere alias. Hîc tamen duo occurrunt consideranda. Si aëre non nutriamur, cur eum attrahamus, & ne per horam sine respiratione vivere possimus? Cur plantæ melius crescant in aëre bene temperato, quàm in alio? Respondetur, aërem non inspirari, ut eo nutriamur, sed ut suo frigore temperet calorem cordis, quod aliàs facile suffocaretur; & ut fuligines & vapores excrementitij cum eo expirato una eijciantur: propterea novum debere inspirari, quia qui parum

fuit

fuit retentus, ſtatim calore cordis calefa-ctus eſt. Et quo quæſo modo ex aëre inſpirato nutriretur animal, quum nec in ſtomachum ille veniat, ut concoqui poſſit, & tantâ copiâ exſpiretur, quantâ inſpirabatur? Quod verò per venenatum aërem hauſtum morbi contrahantur, id contingit, vel quatenus vapores venenati in aëre exiſtentes una attrahuntur, vel quatenus aër pravas ſuas, quas contraxit, qualitates intus corpori noſtro imprimit, quando inſpiratus eſt. Atque eandem ob cauſſam plantæ melius vigent temperato aëri expoſitæ, non quia aëre nutriantur, ſed quia vapores pravi illas contingunt, vel aër intemperatas qualitates communicat plantis.

SECT.

SECT. V.

De aeris affectionibus.

HAc datâ de aëre occasione non possum præterire silentio, quod de ejus qualitatibus tradunt Peripatetici. Ajunt primo: aërem naturâ suâ sursum tendere. Hoc nego. Si omnis aër naturâ suâ sursum tenderet, nullus hic apud nos maneret. Nullum enim foret principium externum, quod resisteret motui naturali. Deinde Peripateticus aër dicitur hîc esse in suo loco. Non ergo ad eum movetur: quia nihil appetit. quod habet. Nec audiendum est, quod dicitur; omne leve tendit sursum. Nam & nos aera negamus esse levem.

Ajunt quoque aerem esse humidissimum: quod & nos negamus. Non enim humidum est, quod exsiccat. Aerem res multas exsiccare probat experientia. Neque dici potest exsiccare per calorem: eadem enim res potest exsiccari & ab aëre calido & frigido. At illi objiciunt ipsam aliquando

aliquando quoque humectare. Verum hoc tribui potest vaporibus, qui sunt in aere. Quamvis ergo vix audeam asseverare aera esse siccum: sed potius utriusque qualitatis expertem. Objiciunt nobis quoque humidi definitionem. Humidum est quod difficile suis terminis, alienis facilè terminatur: item, quod facilè diffluit.

Verùm hæ non sunt humidi definitiones, sed fluidi, cui non opponitur siccum, sed stabile. Aera fluidissimum esse non negamus. Ajunt porrò, aera naturaliter esse calidum. Sed & hoc quoque negamus. Negationis ratio: quod æquè facilè unum recipit, ac alterum, & unum non est magis naturale, quàm alterum. Aerem æquè facile recipere & calorem & frigus testatur quotidiana experientia. Nec ratio pro illis allata alicujus est ponderis: aërem à calore generari, confundunt enim vapores cum ipso aëre, sicut alibi passim. Denique mediam aeris regionem admodum frigidam faciunt. Id si verum foret, quomodo herbæ ac arbores virerent in altissimorum montium cacuminibus, & non potius frigore illo

illo extinguerentur? Quomodo nubes in isto loco tamdiu circum moverentur, & non statim vi frigoris in aquam resolverentur. Possem plura afferre contra has Peripateticas aeris qualitates, nisi hæc sufficere veritatis studioso arbitrarer.

SECT. VI.

Globum terrestrem non moveri.

QVoniam de elementis hîc agimus, tractanda est quorundam Astronomorum opinio de motu globi terrestris. Illi magis novitatis quàm veritatis avidi, ut tanto minore cum negotio motus, quos cælestes vocamus, indagare possint, globum terrenum, prout ex terra & aquâ constat, circulariter moveri censent. Neque propterea ædificia ruitura putant, sed illa una moveri circulariter. Ad locos vero S. Scripturæ respondent, eam de hoc motu loqui, non prout in se est, sed prout à nobis concipitur. Ego tamen non auderem huic responsioni acquiescere. Illi pro

ſuâ ſententiâ non afferunt demonſtrationes,ſed eas tantum enervare nituntur, quæ pro nobis militant. Et ego quidem magna ex parte enervatas eſſe reor, quæ hactenus allatæ ſunt. Afferam tamen tres, quæ maximi ſunt momenti. Vnius corporis unus tantum eſt motus naturalis. Quum enim omne naturale ſit neceſſarium, ideoque ſemper agat quantum poteſt, res duobus motibus diverſis poſſet moveri ſimul, ſi duo motus ei forent naturales. Illud planè contingere nequit.

At terræ & aquæ motus naturalis eſt in rectâ lineâ ad centrum. Non igitur circularis. Nec reſponderi poteſt eſſe hunc partium motum, at non totius. Si enim partes moventur deorſum, & totum eo moveri poteſt motu. Deinde ſi daretur hic motus, anima illum ſentiret. Nec ſatis eſt ſi dicas corpus noſtrum, unà moueri: anima enim nihilominus motum ſentiret, ſicut alios quoſlibet ſentit, quum ei unus motus non ſit magis naturalis, quam alius. Tertio, lapis rectâ lineâ in altum projectus non poſſet,

deorſum

deorsum cadere in eundem locum, unde motus erat, si terra moveretur. Nec responsio illa satisfacit: Lapidem illum unà moveri circulariter. Non enim potest duobus diversis motubus simul moveri. Tum, etiamsi daremus, ipsum inter cadendum circulariter quoque motum esse tamen dum adhuc tendebat sursum, moveri non poterat naturaliter, quia violentè movebatur à proijciente? Intereà tamen terra movebatur, si verum sit ipsam circulariter circumtorqueri.

EXERCITATIO DECIMA OCTAVA

DE ANIMA.

SECT. I.

De ortu animæ.

HActenus egimus de substantiâ corporeâ. De spirituali nihil agere constitueramus, sed aliorum inge-

nijs

nijs quoque aliquid inquirendum relinquere. Verum ne ideo hæc nescire videremur, in quorum scrutatione præcipuè laboravimus, paucis difficillimas quæstiones attingere voluimus. Atque inter eas principatum obtinet celebris illa controversia: à quo producantur animæ à Deone vel à parentibus? Neutri parti defuerunt excellentes patroni. In eo tamen consentierunt omnes, tanta & pro hac & pro illâ parte militare argumenta, ut ea aut omnino non possint, aut saltem cum maximâ difficultate enodari. Ego si dicam, quod sentiam, veritatem non solum hujus quæstionis, sed earum omnium, quæ de anima moventur, abstrusam esse fateor: at non propter soliditatem utriusque partis argumentorum: verum quia vix ulla certa aut hinc aut illinc sit allata ratio. Neque enim ego adhuc eos feci in Philosophia progressus, ut intelligam esse apodicticas quas Peripatetici afferunt demonstrationes. Scio tamen, quod illi in ijs mirè sibi placeant: sed non est novum porcos luto delectari. Erigamus nos ingenia nostra & rationes,

quæ hactenus de ortu animæ pro utrâque parte allatæ sunt, consideremus: deinde nostras in medium proferamus. Pro animarum creatione pugnant hæc argumenta. Non potest traduci à parentibus in filios. Aut enim tota traduceretur aut pars ejus. Tota si traduceretur, tota in parentibus fuisset. Plures ergo in homine darentur, quàm una anima. Pars si traduceretur, divisibilis foret, & illa altera, quæ non traduceretur, sed traductæ adderetur, pars unde? Sed animam esse indivisibilem nemo Christianus negat. Propterea nec ijs verbis commodè hæc quæstio proponitur: an anima sit ex traduce? Huic argumento respondebamus nos, quum adhuc contrariam sententiam arctè teneremus: posse animam à parentibus produci, etiamsi non traducatur.

Non potest anima fieri ex semine corporeo, sic enim & ipsa corporea foret. Nec ornata foret tot nobilibus potentijs, nec eas exerceret operationes, si ex elementis orta foret. Quin & dividi posset, & spi-

& spiritus non esset, si ex hoc originem suam traxisset. Quo enim modo spiritus ex corpore? Sed nec ex semine quodam spirituali generari potest. Quodnam enim hoc foret, quale, & unde? Aut enim pars animę parentis, aut excrementum ejus. Partes non habet, quia indivisibile est. Nec excrementa habet, quia non nutritur. Si nutriretur anima, quo alimento? Quomodo illud adderetur animæ? Qua vi concoqueretur? Non enim ex corpore ali potest, quia non est corpus. Nec ad occultum quoddam semen est confugiendum. Nam quâ ratione anima hoc efficeret? Et quare non æquè aliam produxisset animam, quandoquidem semen hoc ex nihilo fieri debuisset? Et quomodo ex hoc semine postea fieret anima. Si per nutritionem, habet partes. Si per mutationem, & ipsa quoque est mutabilis. Huic & nos respondere solebamus: animam à parentibus ex nihilo produci, accedente singulari Dei concursu, quo ille animam varijs donis ornaret, & indifferentē parentum generandi potentiàm ad hoc individuũ determinaret.

Sed nec anima quadragesimo produceretur die, si non à Deo crearetur, sed ante eum. A quo enim tunc produceretur. Neque enim anima patris semini adest amplius, neque anima matris sola producit animam fœtus: & vis figuratrix dat quidem membris figuram, sed non animam. Tum nec singulis momentis, quibus semen emittitur, anima generatur. Vbi enim maneret anima corrupto semine? Neque enim superstes maneret, quum nullum ejus foret corpus. Nisi quis putet in ultimo die ex hoc semine ipsi corpus esse figurandum. Quodsi verò anima statim ab initio insit fœtui, otiosa in eo erit, quia non omnes suas adhuc potest exercere operationes. Huic argumento respondebamus, animam in ipso momento, quo fit conceptio, à parentibus produci. Neque tamen animam produci quoties semen emittitur, sed quoties fit conceptio: Nam sicut non concipit mater, si semen non omnes debitas habeat, quailtates: ita nec anima in eo produci potest, si per illas qualitates non sit aptum ad recipiendam animam. Neq; tamen anima

est

eſt otioſa in ſemine, ſed agit per illas potentias, quarum organa inſunt ſemini. Neq; propterea reliquæ potentiæ fruſtra ſemini inſunt: ſed ineſſe debent, ut organa talia efficiantur, quæ iſtis facultatibus conveniant. Quodſi hinc concludant animam raionalem ſemini non ineſſe, quia ejus potentiæ non poſſunt agere, concludant quoque animam puerorum carere facultate generatrice, quia nondum poſſunt generare.

Hæc ad Philoſophica argumenta poſſunt reſponderi. Conſideremus nunc quoque locos Scripturæ. Zach. 12. Dictum Iehovæ, qui extendit cœlos, fundat terram, & format ſpiritum hominis in medio ejus. Eccleſ. 12. Redeunte pulvere (id eſt, corpore) in terram, quemadmodum fuerat; ſpiritu autem ad Deum, qui dederat illum. Reſponderi poteſt utrumque hunc locum intelligendum de primâ rerum creatione. Non enim Deus jam extendit cœlos, & fundat terram, ſed in initio hoc fecit. Pari ratione neque jam format ſpiritum hominis in eo, ſed in initio formavit. Quod indè confirmatur: quia Propheta non ibi nar-

rat, quid jam agat Deus, sed verbo suo conciliat authoritatem ab omnipotentiâ divinâ, recensens quid ille fecerat. Et eodem modo alter ille locus interpretandus est. Sicut enim nostrum corpus non est ex pulvere desumtum, sed Adami: ita neque nobis spiritum dedit Deus, sed Adamo. Locum Psalm. 33. Formator pariter cordis eorum, non esse de anima sed de cogitationibus intelligendum probat contextus.

Dicitur enim, quòd Deus ex cœlo prospiciat habitatores terræ, deinde additur, quod sit formator pariter cordis eorum, animadvertens ad omnia opera eorum. Ad locum Ies. 57. Spiritus à conspectu meo obruetur, & animæ, quas ego feci, potest responderi, per animam intelligi synecdochicè totum hominem, aliàs fore tautologiam: quippe quum nudæ animæ sint quoque spiritus. Quodsi hìc totus homo intelligatur, de primâ creatione hoc accipiendum esse manifestissimum est. Sed maximi ponderis est locus ille ad Hebr. 12. Carnis quidem nostræ partes habuimus

mus castigatores, & reveriti sumus eos; an non multò magis subijciemur patri spirituum, & vivemus? Responderi tamen potest, non significari hîc per carnem corpus, nec per spiritus animas, quum aliàs sine dubio dictum fuisset spiritus nostri, sicut dicitur, carnis nostræ.

Quod ipsum ex præcedentibus videtur confirmari. Ostendit enim Paulus filios Dei castigari: qui verò non castigantur, non esse filios Dei, sed improbos: & ad rei confirmationem profert, quod citavimus. Quodsi per illa anima significaretur, Apostolus sibi ipsi contradiceret. Quippe impij, qui non castigarentur, forent æquè filij Dei, ac fideles, qui castigarentur: nempe quibus animam daret Deus.

Has olim ad locos SS. Scripturæ dabamus responsiones: quæ an solidæ sint meritò potest dubitari. Consideremus nunc porrò argumenta, quæ afferuntur pro animarum generatione. Anima quadragesimo die non creatur, quia ante eum non inest semini.

Figuratur enim ſemen, augetur, nutritur. At hæ actiones ab anima proveniunt. Non enim eſt putandum vim πλαστικὴν ſemini ineſſe quandam, quæ figuret illud. Semen namque, quod eſt res bruta & corporea, haud eâ pollet poteſtate, ut talem ſibi comparet figuram, ut tot membra efformet, ac non plura, talia, & non aliâ. Quare tota hæc actio provenit ab anima quæ intus ſibi parat. Quumque una tantum ſit in homine anima, quæ vegetet, ſentiat, & rationetur, rationalem animam homini ineſſe eſt neceſſe. Si enim foret alia, ubi illa maneret alia, infuſâ rationali? Quò fugeret? A quo interficeretur? Verum ex hoc argumento nondum infertur animas generari, ſed hoc tantum: ineſſe eas ſemini ſtatim à conceptione. Id quod nos hiſce moti rationibus aſſerimus: nempe animas â Deo creari in ipſo momento, quo fit conceptio, & corporibus infundi. Perfectiſſimi viventis perfectiſſimæ ſunt operationes vitales. Homo autem perfectiſſimum eſt vivens, quia habet perfectiſſimam animam, per quam vivat. Quare ſi reliqua

animalia

animalia eâ pollent potestate, ut suæ speciei producant animas, quantò magis homo, qui ijs est perfectior? Præcipuè quum illæ animæ æquè fieri debeant ex nihilo, ac rationalis. Neque majoris laboris est animæ rationali producere animam rationalem, quàm sentienti producere animam sentientem. Hîc dandum est, si reliqua animalia producant animam, multò magis hominem. At nos negamus & illa animam generare, & asserimus omnem animam à Deo ex nihilo creari.

Quod non producit omnes partes, non producit totum. Homo si animam non producat non omnes producit partes quare nec totum hominem, quod pugnat cum omnium gentium consensu. Imò ne essentiam quidem humanam producit. Non enim forma distinguitur ab essentia hominis formati. Animam igitur si non producat, nec hominem generat. Huic argumento respondendum est, parentes nihil producere. Anima enim à Deo creatur: corpus à parentibus traducitur.

Interim homo verè generat hominem:

ſed generare non eſt accipiendum, ſicutà Peripateticis accipitur, pro efficere aliquod ens ex materia:verum prout comprehendit duas iſtas actiones, ſeminis effuſionem & conceptionem.

Præcipuè urgeri ſolet argumentum de peccato originali. Hoc enim in corpore ſolo eſſe non poteſt, quum ſit cæcitas in intellectu, & perverſitas in voluntate, quorum corpus non eſt capax, ſed ſola anima. Quodſi anima à Deo creatur, & hæc una creabuntur ab eo, qui animam creat, & Deus peccatti auctor ſtatuetur. Sed & hoc ſolidè poteſt refutari. Peccatum originale, quod eſt in anima, eſt privatio donorum primi ſtatus.

Huic peccato obnoxia creatur anima à Deo, & juſtè, quia peccatum reſpectu Dei infligentis habet rationem pænæ. Hanc enim labem contraxit Adamus & ſibi & ſuis, inter quos hæc anima erat numerata. Peccatum originale, quod in corpore, eſt prava organorum diſpoſitio, quâ

quâ illâ magis ſunt idonea ad exercendas actiones pravas, quàm bonas. Ita videmus qui calidioris temperamenti ſunt, eſſe veneri deditos, qui aliûs, alij vitio.

Animæ verò actiones multæ dependent ab hoc temperamento. Quare bonæ eſſe nequeunt, quia per organum exercentur pravum. Neque propterea corpus agit in animam, verum ſicuti, ſi curva ſit regula, nequeam ducere rectam lineam, ut regula tamen in manum meam non agat: ita quoque per vitioſum temperamentum non exercet anima bonas operationes, ut tamen temperamentum in animam non agat. Sed anima utitur temperamento, quale invenit, malo malè. Quare à Deo eſt privatio omnium illorum donorum Adamo in primo ſtatu collatorum: ſed proclivitas ad malum, quæ eſt prava quædam diſpoſitio, eſt in ipſo corpore, & à parentibus trahitur, à quibus corpus.

Neque pro animæ generatione quæ SS. Scripturæ afferuntur loca alicujus ſunt momenti. Gen. 1. 28. Benedixit ijs

Deus,

Deus, & dixit eis, fætificate ac augeſcite, ac implete terram. Item Gen. 2. 2. Requievit Deus ab omni opere ſuo, quod fecerat. Non enim per benedictionem dedit eis Deus facultatem producendi animam, ſed ipſe ſeſe obligavit ad earum productionem, quoties tempus foret fætificandi, quoties ipſi placeret hominem generari, Neque dicitur, Deum quieviſſe ab omni opere ſuo abſolutè, ſed ab eo tantum, quod fecerat: non ab eo quod facturus erat: quandoquidem Filius & Pater adhuc operantur, Ioh. 5.

Ita omnia diſcuſſa ſunt, nondum aliquid ſolidi aut pro hac, aut pro illa parte allatum. Tentemus nos aliquid afferre. Quicquid fit, per actionem fit. Anima igitur, ſi à parentibus fiat; per aliquam parentum actionem fieri debet. Eam quoque actionem anima deprehendet. Quum enim ſit ſpiritus intelligens, nihil facit, niſi ſe facere intelligat tum, quando facit. Actiones enim quas exercet continuò, ijs aſſueta eſt. Sed in generatione hominis nulla obſervatur actio parentum, quàm ſeminis effu-

ſio,

ſio, mixtio & retentio. Per eas verò anima nequit produci; quia ex nihilo fieri deberet. Deinde nec aliæ obſervantur parentum actiones, quando fit conceptio, ac quando non fit. At anima non producitur, quando non concipitur: non enim haberet corpus. Quare nec a parentibus producitur, quando fit conceptio: quia non datur diſtincta actio, per quam fiat. Adhæc nec ſemen totum ſimul effunditur, ſed pars poſt partem. Quare nec ſimul miſceri poteſt, ſed particulatim. At anima, quæ eſt indiviſibilis, in momento debet produci, & quidem in ultimo, quo totum ſemen foret effuſum ac mixtum. At in ultimo momento non aliæ obſervantur parentum actiones, quàm in prioribus. Præterea aut producitur ab anima Patris, aut Matris, aut utriuſque. A ſola animâ matris eam produci abſurdum eſt. Quo enim modo hæc efficeret animam maſculam? Ita & ab anima ſolius patris produci abſurdum. Produceretur enim in ſemine mixto. Quare anima patris in diſtanti animam efficeret, nec eam contingeret. Non

enim

enim ſemen jam mixtum contingit, quia eſt in matrice.

Fortè nec hoc argumentum videbitur contemnendum. Anima vegetans & ſentiens per mortem extinguuntur. Quum rei cujuſque creatæ eſſe ſit propter ipſius operari, animæ autem hæ ſeparatæ nihil poſſunt agere, nec eſſe debent: Forent enim fruſtra, quod non admittit natura. Et quia ex nihilo fiunt, in nihilum quoque rediguntur, neque à ſe ipſo, ſed ab alio. A quo? Non à corpore: quoniam quod patitur, à potiore patitur.

Anima autem corpore præſtantior. Nec ab animâ aliâ, aut ab angelo. Quæ enim vel quis hic foret? A ſolo ergo Deo in nihilum rediguntur. At valdè abſurdum foret animas à Deo in nihilum redigi, ſi ab eodem non fierent quoque ex nihilo. Et ſi hæ à Deo fiant quidni & rationales? Denique animæ, quæ ex putri fiunt, verbi gratia, vermium in caſeo, à quo fiunt. Non enim antea fuerunt in caſeo, quia non fuerunt in lacte, quod in vaccis fuit.

Ab.

Ab alio ergo productæ sunt. Non à calore, aut alio accidente, quia hæ animæ sunt substantiæ. Non à sole, quia eo sunt perfectiores. Sunt enim viventes, sol non vivens. Nec producuntur ab aliâ animâ. Quæ enim foret hæc, aut ubi? Relinquitur ergo à solo Deo creari eas: nisi quis ita velit ineptire, ut ab angelo vel diabolo produci censeat.

Quodsi hæ animæ à Deo creantur, cur non & aliæ? Imò multò magis aliæ, quæ sunt perfectiores. Præcipuè quum hoc modo plures de anima vegetante difficultates possint evitari.

Quum enim rami ab arboribus decisi, si plantentur, crescant, & in arbores evadant, aut statuendum est duas antea in illa arbore fuisse animas, aut animam arboris fuisse divisam.

Sed nec sufficeret una anima, verum tot statuendæ forent, quod rami possent decidi.

Si verò anima sit divisibils, augeri quoque potest. Non enim toties dividi posset, in exiguo semine quum foret, ac quando

quando est in arbore. Quodsi augeatur, nutritur quoque. Quo alimento? Atque hîc aqua hæret. Interim quid de animâ vegetante statuendum sit adhuc mihi non constat. De animæ verò sentientis & rationalis ortu ita esse statuendum, nempe eas à Deo creari, jam demonstratum est.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

